[illegible]

a. d. XIV Kal. April. MDCCCXL

Gedani:

Ed. Fraenkel

LECTIONES

APOLLONIANAE.

SCRIPSIT

EDUARDUS GERHARDIUS,

D. PH. A. L. M.

SEMINARII PHILOL. BEROL. SODALIS.

LIPSIAE

APUD GERHARDUM FLEISCHERUM IUN.

1816.



AUGUSTO BOECKHIO,

PRAECEPTORI, PARENTI, AMICO,

D.

AUCTOR.

CONSPECTUS CAPITUM.

CAPUT OCTAVUM.

De verborum et versus ordinum coniunctione.

CAPUT NONUM.

LECTIONES APOLLONIANAE

SIVE

DE FONTIBUS EMENDATIONIS APOLLONII RHODII.

CAPUT PRIMUM.

Ex Scholiis Apollonii de duplice recensione disputatur.

Ἀπολλώνιος ὁ ποιητὴς ἐμαθήτευσε Καλλιμάχῳ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὄντι γραμματικῷ, καὶ συντάξας ταῦτα τὰ ποιήματα ἐπεδείξατο. Σφόδρα δὲ ἀποτυχὼν καὶ ἐρυθριάσας παρεγένετο ἐν τῇ Ῥόδῳ, κἀκεῖ ἐπολιτεύσατο καὶ σοφιστεύει ῥητορικοὺς λόγους, ὅθεν καὶ Ῥόδιον αὐτὸν ἀπεκάλεσαν. Ἐνταῦθα τοίνυν διάγων καὶ ἐπιξέσας αὐτοῦ τὰ ποιήματα, εἶτα ἐπιδειξάμενος σφόδρα εὐδοκίμησεν, ὡς καὶ τῆς Ῥοδίων ἀξιωθῆναι πολιτείας καὶ τιμῆς.

Ex vita Apollonii a Graeco Grammatico scripta longiorem apposuimus locum, ut fontem eorum, quae in vulgaribus libris de historia Argonauticorum narrata reperiuntur. Cum statim editum opus poetarum ceterorum calumnia indeque natum apud cives dedecus subsequeretur, relicta patria Rhodum se conferre coactus est Apollonius. De causis calumniae plura non addit Grammaticus.

Sed facile est divinare, a Callimacho hanc ortam esse Callimachique schola, quae tum floruit Alexandriae, neque post ipsius magistri mortem gloria sua destituta est. A cuius legibus si multum deflexit Apollonius, certe placere scholae non potuit. Ita vero rem fuisse, facile intelligatur, si quis reliquias Callimacheas cum Apollonii opere comparet. Homerica simplicitas ea cum accurata rerum cognitione coniuncta, quae ex curioso naturae aspectu existit, cum in Museo Alexandrino nasci non posset, poetae, ut explerent hunc defectum, a copiosa historiarum narratione ad exilem historiarum copiam confugerunt; ipsam vero narrationis exilitatem exquisitis verbis rarioribusque structuris grandique sermone obtegere studebant. Quod studium in Callimacheis clarissime apparet; in discipulorum Callimachi carminibus itidem fuisse, ex pluribus illorum reliquiis suspicari licet. Apollonius prorsus alio carminum genere utitur. Rariorum verborum usus multo infrequentior est, quam in Callimacheis; grandem sermonem raro affectasse apparet, sed simplicem quaesivit narrationem, Homeri studiosior quam Callimachi: quanquam hoc quoque studium inane fuit, neque ad Homericam simplicitatem, sed ad novum languoris genus ducere oportuit. Haec ingeniorum diversitas si non causam praebuit famosae illorum virorum simultati, at certe id fuit, in quo uterque posset invidiam suam ostendere. Ut tumidum et ingenii libera vi destitutum Calli-

limachum perstrinxit Apollonius hoc in Epigrammate (Brunck. Anal. Vol. II. p. 358):

Κάλλίμαχος, τὸ κάθαρμα, τὸ παίγνιον, ὁ ξύλινος νοῦς,
αἴτιος ὁ γράψας Αἴτια Καλλίμαχος:

„poena dignus is qui *Αἴτια* scripsit Callimachus:" ita vertendum, quod male mutatum est. Cetera illius opprobria de alio quoque dici potuerunt; *ὁ ξύλινος νῦς* maxime cecidit in Callimachum. In Apollonii autem opere Homeri imitationem et carminis longitudinem, in moribus ingratum animum et calumniosum obiurgavit Callimachus eiusque schola, quae tota contra solum, ut videtur, Apollonium extitit. Haec, quamvis testimoniorum penuria semper obscura futura, tamen ex pluribus vestigiis satis intelliguntur. Qui imitatores Homeri non honorifice commemorat, fortasse Callimacho amicitia conjunctus, Theocritus VII. 45:

ὥς μοι καὶ τέκτων μέγ' ἀπέχθεται, ὅςτις ἐρευνῇ
ἶσον ὄρευς κορυφᾷ τέλεσαι δόμον Ὠρομέδοντος,
καὶ Μοισᾶν ὄρνιχες, ὅσοι, ποτὶ Χῖον ἀοιδὸν
ἀντία κοκκύζοντες, ἐτώσια μοχθίσδοντι

vix alium potest respicere quam Apollonium. De eodem Callimachus Hymn. in Apoll. 105:

Ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐς ὔατα λάθριος εἶπεν·
οὐκ ἄγαμαι τὸν ἀοιδόν, ὃς ὐδ', ὅσα πόντος, ἀείδει.
τὸν φθόνον ὡ'πόλλων ποδί τ' ἤλασεν, ὧδέ τ' ἔειπεν;
Ἀσσυρίυ ποταμοῖο μέγας ῥόος, ἀλλὰ τὰ πολλὰ
λύματα γῆς καὶ πολλὸν ἐφ' ὕδατι συρφετὸν ἕλκει;

qui in *ὅσα πόντος* videtur ambiguitatem quaesivisse; et eos improbat, qui tam immensa, quam mare,

carmina scribunt, et qui ὅσα πόντος nempe Euxinus describunt, et illos,

> οἳ Πόντοιο κατὰ στόμα, καὶ κατὰ πέτρας
> Κυανέας ἐπέρησαν,

ut fere in carminis initio Apollonius. Et haec et mores inimici sine dubio in Ibide increpavit, singulari libello, quem summa cum acerbitate adversus Apollonium scripsit. Suid. v. Καλλίμαχος. Callim. fragm. p. 464. sq. Ern. Cuius carminis ingenium optime ex Ovidii, Callimachi imitatoris, eodem nomine inscripto poemate intelligi licet, cum velle se Callimachi rationem sequi ipse fateatur versu 53:

> Nunc, quo Battiades inimicum devovet Ibin,
> hoc ego devoveo teque tuosque modo.

Atque etsi unum tantum Callimachae Ibidis fragmentum idque in latina interpretatione superest, tamen ex eo uno abunde apparet, non mitem Callimachum inimicum fuisse. Est in Scholiis ad Ovidii Ibin 315:

> Et tu dispereas, sicut periere, secundus
> Dareus multo quos cinere obruerat.

Unum fortasse praeterea brevius fragmentum ex incertis Callimacheis fragm. CCXCII: ἔλλετε βασκανίης ὀλοὸν γένος Ibidi vindicandum est. Similem Callimacheum locum mox afferam.

Gravem illam simultatem si cogitamus, clarius fit, quid existimandum sit de extremis verbis biographi Apolloniani. Is ita pergit: Τινὲς δὲ

φασιν, ὅτι ἐπανῆλθεν ἐς Ἀλεξάνδρειαν, κἀκεῖ αὖθις ἐπιδειξάμενος εἰς ἄκρον εὐδοκίμησεν, ὡς καὶ τῶν βιβλιοθηκῶν τȣ̃ Μȣσείȣ ἀξιωθῆναι αὐτόν, καὶ ταφῆναι δὲ σὺν αὐτῷ τῷ Καλλιμάχῳ τῷ διδασκάλῳ αὐτȣ̃. Ex his ea saltem, quae postremo loco narrantur, vehementer addubito. Si vixit Callimachus redeunte Apollonio, non ita facile conciliantur vehementissimi adversarii. Sin mortuus erat, certe cuius inimicitia famosa erat etiam apud posteros, et qui proinde in Epitaphio, quod ipse sibi scripsit, de calumnia querens Apollonium in mente habere putandus est: hunc certe, nisi ludibrii causa, neque iubentem neque invitum una cum Apollonio sepelire potuerunt. Atque ex illo ipso Epitaphio patet, una cum patre sepeliri voluisse Callimachum. Ipsum poematium apponam (Epigr. XXII):

Ὅςτις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, Καλλιμάχȣ με
 ἴσθι Κυρηναίȣ παῖδά τε καὶ γενέτην.
εἰδείης δ' ἄμφω κεν. ὁ μέν ποτε πατρίδος ὅπλων
 ἦρξεν, ὁ δ' ἤεισεν κρείσσονα βασκανίης.

Hanc ipsam ob simultatem plura in posteriore recensione mutavisse videtur Apollonius, ne ex Callimacheis expressa putarentur. Cuius rei unum superest vestigium. Ad Apollonii I. 972:

Ἰσόν πȣ κἀκείνῳ ἐπισταχύεσκον ἴȣλοι

haec annotantur in Scholiis Parisinis: δηλονότι ὁ Κύζικος ἐπίσης νέος ἦν τῷ Ἰάσονι. In Scholiis Florentinis haec sunt: Ἰσόν πȣ κά-

κείνῳ]. ἀντὶ τοῦ νεωστί· τοῦτο δέ φησιν, ὡς καὶ τοῦ Κυζίκου τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ἄγοντος τῷ Ἰάσονι. Γράφεται δέ· ἁρμοῖ που κἀκείνῳ ὑποσταχύεσκον, ἀντὶ τοῦ ἀρτίως, νεωστὶ ὑπηύξανον, ὑπήνθουν. Dele pessimam laciniam ἀντὶ τοῦ νεωστί ex consequentibus adhaerentem antecedentibus; quam mireris adeo fraudem fecisse Ruhnkenio, ut, quamvis repugnante Scholiorum, quae sequitur, explicatione, pro ἶσον scribendum iudicaret νέῖον, quod cum Brunckio receperunt ceteri editores. In diversa autem lectione, quam Scholia Florentina offerunt, facile cognosces prioris recensionis vestigia. Quod in ea scripsit Apollonius: ἁρμοῖ που κἀκείνῳ ὑποσταχύεσκον ἴουλοι, ex praeceptoris Hecale duxit, unde hoc fragmentum conservarunt praeter Etymologicum et Suidam Horti Adonidis p. 23. *A.* ἁρμοῖ που κἀκείνῳ ἐπέτρεχε λεπτὸς ἴουλος (fragm. XLIV); post in ἶσον mutavit, „credo, ne quid Callimachus sibi surreptum queri posset." Ruhnkenii (Epist. crit. p. 286. noviss.) verbis utor; qui vir, quanquam pro more Batavorum plerumque fontes indicet imitationum, quos ipsi imitatores non norunt, hic tamen satis probabilem rationem secutus est. — Similes imitationes Callimacheas in nonnullis aliis posterioris editionis locis mutare neglexit Apollonius. Ad I. 1309:

καὶ τὰ μὲν ὥς ἤμελλε μετὰ χρόνον ἐκτελέεσθαι

notant Scholia: Καλλιμάχειος ὁ στίχος, unde

receptus est versus in Callim. fragm. CCXII. — III. 276.:

τετρηχὼς οἷόν τε νέαις ἐπὶ φορβάσιν οἶστρος
τέλλεται, ὅντε μύωπα βοῶν κλείουσι νομῆες.

In Callimacheis ex Hecale eadem de re (fragm. XLVI):

βυσσόον, ὅντε μύωπα βοῶν καλέουσιν ἀμορβοί.

Sed haec hactenus. Ad eam rem, quo tendit nostra disputatio, accedimus. Duplicem Apolloniani carminis editionem ex Callimachi calumnia ortam esse probavimus; quae fuerit illorum simultas, quantum fieri potuit, demonstravimus; videndum, quid de illa ipsa duplice editione accuratius definiri possit. Atqui unum duplicis editionis vestigium statim ex Graecis Scholiis eruimus; neque cetera vestigia ex alio fonte hauriri possunt. Quae nunc proferre in animo est.

I. 284. νῦν γε μὲν ἡ τοπάροιθεν Ἀχαιϊάδεσσιν ἀγητὴ
δμωὶς ὅπως κενεοῖσι λελείψομαι ἐν μεγάροισιν.

Ad secundum versum diversa tradunt utraque Scholia. Parisiensia sic scriptum fuisse in priore recensione testantur:

δμωὶς ὅπως κενεοῖσι βείομαι ἐν μεγάροισιν.

Florentina — ita enim vocare licet, quae vulgo edita appellantur — hanc lectionem praebent:

δμωὶς ὅπως κενεοῖσι βιώσομαι ἐν μεγάροισιν.

Illa cum aperte corrupta sit, neque quidquam

obstet, quo minus haec in priore editione potuerit esse, solam illam librarii culpa, ut plurima in illis Scholiis corruptam potius credam, quam ex utriusque lectionis corruptelis veram prioris recensionis eliciendam esse. Quanquam non ignoro esse, quibus ob id ipsum Florentinorum Scholiorum lectio non videatur prioris recensionis esse, quia nihil dignum contineat graviori opprobrio. Quocirca hanc fuisse lectionem putabat amicus:

δμωῖς ὅπως κενεοῖς βηώσομαι ἐν μεγάροισιν.

In qua lectione cum offensionem nacta esset anomala forma βηώσομαι, postea ab Apollonio aliud verbum substitutum esse talibus offensionibus non obnoxium. At primum, quanta ista reprehensio potuerit esse, inde licet intelligere, quod idem βηώσομαι Aristarchea fuit in Homero lectio (Schol. Ven. Il. X. 432.); quae res si nihil refert eorum, qui fontes lectionum in recensendis veterum scriptis non curant, critico maximi est momenti. Nam si adeo, ut ad mutandum id, quod ante scripserat, impellerent poetam, hanc formam improbassent aequales Homerici textus critici, quorum princeps erat Aristophanes Byzantius, vix, puto, huius discipulus, Aristarchus, reiectam tanto clamore et per se minime commendabilem ut grammaticis legibus repugnantem formam in Homerum suum recepisset. Deinde non video, quid sit, quod credamus, in reiecta quaque lectione subesse

graviorem eiusmodi rejectionis causam. Fac reprehensionibus aequalium consilium denuo recensendi operis Apollonio natum esse: num, si semel mente conceperat illud consilium, ea tantum mutavit, ad quae adversariorum vituperiis ductus erat? Imo totum opus denuo studiose perlegens annotavit, si novum commentum occurrebat; quod peius antea scriptum fuit, multis locis delevit, sed, ut fit in his rebus, novissimum commentum saepe ob id ipsum praetulit, quod fuit novissimum. Quae res ad haec omnia, quae de duplici recensione disputamus, maxime tenenda est lectori, in hoc quoque fortasse, unde orsi sumus, loco; quanquam me non fugit facile esse de praestantia recepti *λελείψομαι* prae spreto *βιώσομαι* multa argutari.

I. 286. *σεῖο πόθῳ μινύθυσα δυςάμμορος.*

Scholia Florentina: *ἐν τῇ προεκδόσει οὕτως ἔχει:*

οἰζυρὴ ἀχέεσσι δυςάμμορος.

εὕρηται δὲ καὶ οὕτως·

σεῖο πόθῳ, φίλε κῦρε, δυςάμμορος.

Quae unius recensionis duplex lectio satis est notabilis.

I. 516. *οὐδ' ἐπὶ δὴν μετέπειτα κερασσάμενοι δὴ λοιβάς,*
ᾗ θέμις ἐστὶ, θεοῖς ἐπί τε γλώσσῃσι χέοντο
αἰθομέναις, ὕπνυ δὲ διὰ κνέφας ἐμνώοντο.
Αὐτὰρ ὅτ' αἰγλήεσσα φαεινοῖς ὄμμασιν Ἠὼς
Πηλίυ αἰπεινὰς ἴδεν ἄκριας, ἐκ δ' ἀνέμοιο
εὔδιοι ἐκλύζοντο τινασσομένης ἁλὸς ἄκραι,
δὴ τότ' ἀνέγρετο Τῖφυς· ἄφαρ δ' ὀρόθυνεν ἑταίρυς

βαινέμεναί τ' ἐπὶ νῆα καὶ ἀρτύνασθαι ἐρετμά.
σμερδαλέον δὲ λιμὴν Παγασήϊος κ. τ. λ.

Totus hic locus in priore editione ita scriptus dicitur:

ἦμος δὲ τριτάτη φάνη ἠὼς τῆδ' ἐπὶ νυκτὶ
βυθυσίην Ἑκάτοιο καταυτόθι δαινυμένοισι,
τῆμος ἄρ' ἐκ Διόθεν πνοιὴ πέσεν· ὦρτο δὲ Τῖφυς
κεκλόμενος βαίνειν ἐπὶ σέλμασιν· οἱ δ' ἀΐοντες
ἰθὺς ἔβαινον [ἄφαρ λελιημένοι εἰρεσιάων].
σμερδαλέον κ. τ. λ.

Corrupte in primo versu Parisina Scholia habent ἦμος δὲ τριτάτη φάνη ὁδὸς τῆδ' ἐπὶ νυκτί. Sed ne illa quidem Florentinorum lectio, quam exhibuimus, gravibus vacat corruptelis. Τῆδ' (exspectes τῆγ') ἐπὶ νυκτί quid sit manifestum est. I. 934:

καὶ δὴ τῆγ' ἐπὶ νυκτὶ διάνδιχα νηὸς ἰούσης
δίνῃ πορφύροντα διήνυσαν Ἑλλήσποντον.

„eadem nocte, hac ipsa nocte.“ Jam maxima nascitur difficultas, quomodo id cum proximis verbis τριτάτη ἠώς conciliandum sit. „Tertia aurora i. e. tertius dies apparuit eadem nocte;“ quod si verum est, tres dies habet una nox. Igitur emendatio quaerenda. Quodsi posterioris recensionis lectionem contemplamur, eundemque sensum in priore fuisse statuimus, genuinum est τῆδ' (sive potius τῆγ') ἐπὶ νυκτί, latetque in τριτάτη ἠὼς triplex ista noctis distinctio, quae ex Homero nota est. Il. K. 252:

ἀλλ' ἴομεν· μάλα γὰρ νὺξ ἄνεται· ἐγγύθι δ' ἠώς·
ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε, παροίχηκεν δὲ πλέων νὺξ,
τῶν δύο μοιράων, τριτάτη δ' ἔτι μοῖρα λέλειπται.

Igitur in corrupto *ὁδός* Scholiorum Paris. verbum *οἶμος*, quod utriusque est generis (Valck. ad Ammon. p. 102), vel simile quid latere, coniiciat aliquis. Sed ut taceam plures difficultates, quae et in huius verbi usu et in coniunctione cum *ἐφάνη* positae sunt, de nocte nihil antea dictum est; si verum est *τῆδ' ἐπὶ νυκτί*, satis dure vertendum est: in ea nocte, quae eundem diem sequebatur. Quapropter ita mihi scripsisse videtur Apollonius:

ἦμος δὲ τριτάτη φάνη ἠὼς τῆλ' ἐπὶ νυκτὶ
βυθυσίην Ἑκάτοιο καταυτόθι δαινυμένοισιν κ. τ. λ.

Τῆλ' ἐπὶ νυκτί est extrema nocte; eodem sensu quo in posteriore editione scripsit vs. 519:

αὐτὰρ ὅτ' αἰγλήεσσα φαεινοῖς ὄμμασιν Ἠὼς
Πηλίου αἰπεινὰς ἴδεν ἄκριας.

usque ad diluculum coenabant heroes. *Τῆλε* a spatio ad tempus translatum neminem debet offendere, qui *πρόσσω* et *ὀπίσσω* frequentissime et de spatio et de tempore dici non ignoret. Ceterum postremi versus initium *ἰθὺς ἔβαινον* in solis est Parisinis Scholiis, quod praeterea in versu potuerit esse, apposui.

I. 542. *ἀφρῷ δ' ἔνθα καὶ ἔνθα κελαινὴ κήκιεν ἅλμη,*
δεινὸν μορμύρουσα ἐρισθενέων μένει ἀνδρῶν.

Prior recensio: *μορμύρουσα τυπῇσιν ἐ. μ. ἀ.*

I. 725. *τῆς μὲν ῥηΐτερόν κεν ἐς ἠέλιον ἀνιόντα*
ὄσσε βάλοις ἢ κεῖνο μεταβλέψειας ἐρευθές.

δὴ γάρ τοι μέσση μὲν ἐρευθήεσσα τέτυκτο;
ἄκρα δὲ πορφυρέη πάντῃ πέλεν· ἐν δ' ἄρ' ἑκάστῳ
τέρματι δαίδαλα πολλὰ διακριδὸν εὖ ἐπέπαστο.

Scholia Florentina: ἐν τῇ προεκδόσει τῷ τῆς μὲν ῥηΐτερόν κεν ἑξῆς ἐστὶν ἄκρα δὲ πορφυρέη. οἱ δὲ μεταξὺ δύο οὐκ εἰσίν. Igitur haec fere fuit prior lectio:

τῆς μὲν ῥηΐτερόν κεν [ἐς ἠέλιον ὄσσε βάλοισθα].
ἄκρα δὲ πορφυρέη πάντῃ πέλεν· ἐν δ' ἄρ' ἑκάστῳ
τέρματι δαίδαλα πολλὰ διακριδὸν εὖ ἐπέπαστο.

Ἄκρα, quod in vulgata lectione verbo μέσση oppositum est, hic cum adiectivo πορφυρέη coniunctum significat valde, admodum. Similis locus est in Theocriteis XXVII. 43.

οὐδ' ἄκρα τιμήεσσα· πατὴρ δέ σοί ἐστι Μενάλκας,

ubi puellae de suo genere glorianti, respondet Daphnis, adeo nobile non esse illud genus; nosse se patrem Menalcam. Si quid ibi mutandum, certe postposita Reiskiana coniectura, quae non est Graeca, scribendum est:

οἶδ'· ἄκρα τιμήεσσα· πατὴρ κ. τ. λ.

L. 788. Ἔνθα μιν Ἰφινόη κλισμῷ ἐνὶ παμφανόωντι,
ἑσσυμένως καλῆς διὰ παστάδος εἷσεν ἄγουσα.

Schol. Flor. ἐν τῇ προεκδόσει·

ἔνθα μιν Ἰφινόη προδόμου (sic) διὰ ποιητοῖο
ἑσσυμένως καλῆς διὰ δίφρακος εἷσεν ἄγουσα.

Immo ἐπὶ δίφρακος.

I. 800. Λήμνυ ἀπορνύμενοι λαοὶ πέρθεσκον ἐπαύλυς
ἐκ νηῶν, αὐτῇσι δ' ἀπείρονα ληΐδα κύραις
δεῦρ' ἄγον· ὐλομένης δὲ θεᾶς πορσύνετο μῆτις
Κύπριδος, ἥτε σφιν θυμοφθόρον ἔμβαλεν ἄτην.

Scholia Florentina: ἐν τῇ προεκδόσει·

Λήμνυ ἀπορνύμενοι λαοὶ πέρθεσκον ἐπαύλυς
ἐκ νηῶν· ἄμυδις δὲ βόας καὶ μῆλα κόμιζον
αὐτῇσιν κύρῃσιν ἀπείρονα ληΐδα δεῦρο.
καὶ τότ' ἔπειτ' ἀνὰ δῆμον ἀάατος ἔμπεσε λύσσα,
ὐκ οἶδ', ἢ θεόθεν ἢ αὐτῶν ἀφροσύνῃσιν.

His lectionibus, quae Scholia priori recensioni tribuunt, similes sunt nonnullae aliae, quae quo minus ex eodem fonte ortae putentur, nihil video quod impediat.

II. 717. — — — καὶ ῥ' εἰςέτι νῦν γε τέτυκται
κεῖσ' Ὁμονοίης ἱρὸν ἐΰφρονος, ὅρῥ' ἐκάμοντο (sic)
αὐτοὶ κυδίστην τότε δαίμονα πορσαίνοντες.

Ad postremum versum Schol. Flor. γράφεται καὶ κικλήσκοντες. Agnoscis lectionem per se non reiiciendam, sed quae meliori posterioris recensionis merito cessit.

III. 736. ἀλλ' ἴθι, κεῦθε δ' ἐμὴν σιγῇ χάριν, ὄφρα τοκῆες
λήσομαι ἐντύνυσα ὑπόσχεσιν· ἦρι δὲ νηὸν
οἴσομαι εἰς Ἑκάτης θελκτήρια φάρμακα ταύρων.

Schol. Flor. ἔν τισι φέρεται μετὰ τὸν οἴσομαι εἰς Εκάτης θ. φ. τ. καὶ ἕτερος στίχος·

οἰσομένη ξείνῳ, ὑπὲρ ὖ τόδε νεῖκος ὄρωρεν.

ἐν τισὶ δὲ ὃ φέρεται, ὡς ἐνταῦθα. Hoc versu recepto, in eo, qui vulgatur, εἴσομαι Brunckius scripsit pro οἴσομαι; atque ita probabiliter priorem recensionem restituit.

II. 246. ἦ ῥα θεὸς ὀλοῇσι παρήλιτες ἀφραδίῃσι.

In utrisque Scholiis, etiam in cod. Guelf. et in marg. Medic. alia affertur lectio ἀτροπίῃσι, quod verbum altius derivata significatione pro ea stoliditate usurpatum fuit, quae nulla ratione a pravis institutis removeri potest. Deletum fuit ab Apollonio et hic et alio loco IV. 1081:

——————— σχεδόθεν δὲ κακῷ κακόν — οἷά τε πολλά
ῥέζομεν ἀμπλακίῃσιν — ἀκειομένη ὑπάλυξε
πατρὸς ὑπερφιάλοιο βαρὺν χόλον.

Scholia utraque: τὸ δὲ ἀμπλακίῃσι γράφεται καὶ ἀτροπίῃσιν. Eadem significatione omnium librorum consensu legitur ἀτροπίη IV. 387: οἷα καὶ αὐτὴ σῇ πάθον ἀτροπίῃ.

III. 1185. καί ῥ' ὁ μὲν Ἀονίοισιν ἐνισπείρας πέδοισιν
Κάδμος Ἀγηνορίδης γαιηγενῆ εἵσατο λαὸν
Ἄρεος ἀμώοντος, ὅσοι ὑπὸ δουρὶ λίποντο.

Secundus versus ita legitur in Edd. et Codd. Vatt. In Parisiensibus omnibus est ἐπὶ γηγενῆ εἵσατο λαόν. Sed hae minutiores diversitates, quales paucae sunt in libris Apollonii, ad eandem pertinent recensionem: de altera ex Scholiis Flor. edocemur. Haec aliter quam Parisiensia, quae locum ex vulgata lectione citant, ita eum affe-

runt: *ἵδρυσεν ὄχλον γηγενῆ Ἄρεος ἀμώοντος κ. τ. λ.* ut perspicuum sit, in Scholiographi libro ita hunc locum exaratum fuisse:

Κάδμος Ἀγηνορίδης γαιηγενῆ ἵδρυσεν ὄχλον.

Vulgata ut secundae recensionis lectio melior videtur.

II. 786. *αὐτὰρ ὁμῶ Μυσοῖσιν ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ δάμασσε καὶ Φρύγας, οἳ ναίουσιν ὁμώλακας ἧμιν ἀρούρας.*

Scholia: *τινὲς γράφουσι Μυγδόνας.* Quam lectionem copiose explicant utraque Scholia.

III. 1377. *οἷος δ' οὐρανόθεν πυρόεις ἀναπάλλεται ἀστήρ.*

Utraque Scholia: *γράφεται καὶ ἀπολάμπεται.* atque ita Etymol. M. col. 697. v. 50. Vulgata exquisitior est, cf. Scholl. ad II. 517. Spanh. ad Callim. H. in Del. 38.

IV. 1243. — — — — *ἔνθ' ἄρα τούςγε*
πλημμυρὶς — καὶ γάρ τ' ἀναχάζεται ἠπείροιο
ἢ θάμα δὴ τόδε χεῦμα καὶ ἂψ ἐπερεύγεται ἀκτὰς
λάβρον ἐποιχόμενον — μυχάτῃ ἐνέωσε τάχιστα
ἠϊόνι.

Schol. Flor.; *γράφεται ἄγεσθαι* atque ita Cod. Guelf. quod et ipsum non malum. II. 599. *δεξιτερῇ δὲ διαμπερὲς ὦσε φέρεσθαι.*

Postremum quanquam mira locutione citata a Scholiis ad II. 964. diversa lectio sua natura priori recensioni vindicatur. Ad haec poetae verba:

λεῖπον Ἅλυν ποταμόν, λεῖπον δ' ἀγχίῤῥοον Ἶριν,
ἠδὲ καὶ Ἀσσυρίης πρόχυσιν χθονός·

ista leguntur in Scholiis Florentinis, quibus similia habent Parisina: *πρόχυσιν ἔφη τῆς Ἀσσυρίας, τετέστι τῆς Λευκοσυρίας, τὴν ἐγκειμένην* (Paris. *ἐπικειμένην*) *χώραν αὐτῆς εἰς θάλασσαν, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἐπάνω·*

λεῖπον Ἅλυν ποταμόν, λεῖπον δ' ἁλιμυρέα χώραν
Ἀσσυρίης ἀνέχευαν ἀπὸ χθονός.

Cum igitur prioris recensionis lectionem teneamus, cavebimus, ne in Etymologo M. col. 475. v. 43, ubi sine auctoris indicio leguntur ex hoc versu desumpta verba *ποταμὸν ἀγχίῤῥοον Ἶριν*, talem fere lectionem latere suspicemur:

λεῖπον Ἅλυν ποταμόν, ποταμὸν δ' ἀγχίῤῥοον Ἶριν.

Ceterum vulgatam lectionem reperit etiam Dionysius Periegetes, cuius hic est versus 772:

τοὺς δὲ μετ' Ἀσσυρίης πρόχυσις χθονὸς ἐκτετάνυσται

et versus 783:

Ἶρις δ' ἑξείης καθαρὸν ῥόον εἰς ἅλα βάλλει,
τῷ δ' ἐπιμορμύρουσι ῥοαὶ Ἅλυος ποταμοῖο.

Valerius Flaccus V. 121:

transit Hálys longisque fluens anfractibus Iris.

Certis his duplicis recensionis vestigiis paucas quasdam diversas lectiones in iisdem Scholiis allatas adinngimus. Quarum duae ut unice verae in textum recipiendae videntur. I. 125:

νεῖον ἀπ' Ἀρκαδίης Λυγκήϊον Ἄργος ἀμείψας.

Meliorne sit altera lectio *Λυρκήϊον Ἄργος* quaerunt Scholia; vix poterit *Λυγκήϊον* locum tenere, vide Intpp. Ovid. Met. I. 598. Is. Voss. ad Valer. Flacc. IV. 355.

IV. 1564:

Ἀτθίδα καὶ πέλαγος Μινώϊον εἴ νύ που, ἥρως,
ἐξεδάης, νημερτὲς ἀνειρομένοισιν ἐνισπέ.

Ut, qua ratione in Graeciam proficiscendum sit, sibi indicet, Tritonem rogat Euphemus. Is quoniam et ipse fuit Peloponnesius, et ceteri omnes versus Peloponnesum ut proximam Graeciae terram tendebant, neque, Attica quamobrem memoretur, apparet, bona est altera lectio a Scholiis Florentinis memorata, *Ἀπίδα*, si modo quod non dubito, alia forma fuit *Ἀπίς* pro *Ἀπία*, quae, ut notum, et proprie est Argos et latiore significatu Peloponnesus. Nam inscite Scholia, quae ad maximam quarti libri partem admodum mala sunt, insulam Apidem agnoscunt prope Cretam sitam.

Ceterae illarum lectionum dubiae sunt, nonnullae fortasse e duplice recensione natae. I. 688:

καὶ πρόκα τελλομένου ἔτεος στάχυν ἀμήσονται.

Schol. Flor. *γράφεται καὶ περιτελλομένου ἔτεος*, quod est in Caes. et Vaticanis libris.

IV. 190. *Μηκέτι νῦν χάζεσθε, φίλοι, πάτρηνδε νέεσθαι.*

Schol. Flor. *τινὲς γράφουσι φράζεσθε.* Schol. Paris. male *μηκέτι φράζεσθε*, omisso *νῦν*.

IV. 1561. *Εὐρύπυλον Λιβύῃ θηροτρόφῳ ἐγγεγαῶτα.*

Scholia Parisina: τὸ δὲ θηροτρόφῳ γράφεται καὶ μηλοτρόφῳ. Mira diversitas, sed habet μηλοτρόφῳ, quo defendatur. Herodot. IV. 155:

ἐς Λιβύην πέμπει μηλοτρόφον.

ibid. IV. 157:

αἰ τὺ ἐμεῦ Λιβύην μηλοτρόφον οἶδας ἄμεινον.

Similis discrepantia fuit in editionibus Homericis. Ut Il. Λ. 222:

ὃς τράφη ἐν Θρήκῃ ἐριβώλακι, μητέρι μήλων

Zenodotus legit μητέρι θηρῶν, et aliis quibusdam Iliadis locis, nisi me fallit memoria.

Lectiones eas, quas hucusque attulimus, maximum fructum esse censeo, qui ex Scholiorum sylloge ad criticam Apollonii pertractationem redundare possit. Ad nostri textus emendationem plane nihil ex iis erui poterit. Cum enim Apollonii non minus quam aliorum scriptorum Scholia ex antiquis et recentibus annotationibus conflata sint, antiquiorum Scholiographorum textus idem fere fuit, qui in Florentina Editione est; aut, si fuit in levioribus emendatior, hodie, aliis libris collatis, jam non Scholiorum auxilio eget; quem recentiores habuerunt, is affectus fuit iisdem corruptionibus, quibus noster etiam textus laborat. cf. Scholl. ad I. 517. Ac ne quis vel ex his Scholiis vel, quod etiam magis est improbandum, ex Glossis, quae plures sunt ad tertium et quartum librum, Apollonium corrigere tentet, iuvat in universum observare,

tam bene conservatum esse Apollonii carmen, ut sine summa necessitate nihil in eo mutari debeat. Quod vel consensus ille Florentinae editionis cum antiquis Scholiis satis probare possit ei, qui librorum rationem nondum perspexerit. Omnium maxime improbandus esset, qui ex corruptissimis Scholiis Parisinis Apollonium corrigere vellet. Quod vereor, ne quis facturus sit in pluribus primi libri locis, non quidem in his: I. 95:

τοῖς δ' ἐπὶ Κεκροπίηθεν ἀρήϊος ἤλυθε Βούτης,

ubi Schol. Paris. τοῖσι δ' ἐπὶ Κεκροπήϊος; vel I. 179:

Ταίναρον αὖτ' ἐπὶ τοῖσι λιπών,

ubi αὖ Schol. Paris.; vel I. 533:

— — — καὶ οἱ ἔνερθε
ποσσὶν ὑπεκλύσθη νηὸς τρόπις,

ubi ὑπεκλάσθη est in utrisque Scholiis; verum aliis in locis, Brunckii exemplo ad I. 76. et Schaeferi ad I. 129. Afferam, quod in promptu est. Neque melius, neque peius quam vulgatum Φυλάκῃ ἔνι δηρὸν ἔλειπτο I. 45. Parisinorum est δηρὸν ἐλέλειπτο; item I. 52. δεδαῶτες (vol. δεδαῶτε) δόλου pro δόλους. Sed in I. 30. lectio est, quam, si sensum respicio, praefero; si auctoritatem, prorsus reiiciendam pronuntio. In Apollonio hi sunt versus I. 28:

φηγοὶ δ' ἀγριάδες, κείνης ἔτι σήματα μολπῆς,
ἀκτῆς Θρηϊκίης Ζώνης ἔπι τηλεθόωσαι

> *ἑξείης στιχόωσιν ἐπήτριμοι, ἃς ὅγ' ἐπιπρὸ*
> *θελγομένας φόρμιγγι κατήγαγε Πιερίηθεν.*

Scholia Parisina: *τὸ δὲ ἑξείης στιχόωντο ἀντὶ τοῦ στιχηδόν εἰσι καὶ ἐφεξῆς πυκναί.* Offendit *στιχόωσιν* in vulgata lectione, quod ex nota significatione nihil esse potest, quam incedunt; in hoc loco est stant ex ordine, plane contra ceterorum scriptorum usum, nisi eum in ambiguis Homeri locis agnoscas. Tollit difficultatem Parisiensium lectio, sed cave recipias *στιχόωντο.* Neque sic posita illorum auctoritas contra omnes libros aliquid efficeret; multo minus, cum sua explicatione *στιχηδόν εἰσι* probent, suam fuisse, quae ceterorum omnium, lectionem.

CAPUT SECUNDUM.

Insititii versus in Apollonio indicantur.

Consentaneum videbatur paucas, quae supersunt, certas prioris recensionis reliquias in priori capite ita sub lectoris oculos ponere, ut non modo intelligeretur, falsam Brunckii esse sententiam, qui admodum mature nihil de illa innotuisse putat, sed etiam quid de Beckii dubitationibus sentiendum sit. Is in praef. ad Apollonii editionem a se institutam p. x. ita loquitur: „Codices Apollonii videntur duos habere fontes, sive fuerint duo prima, ex quibus peterentur, exempla, sive duplex carminis ipsius editio, cuius diversas lectiones singulae familiae codicum tenerent.“ Quod in Observationibus quibusdam critico-exegeticis I. p. VI. se admonuisse testatur. Atque equidem, quid differat utraque ratio, non video; diversa duo primum editi poematis exempla, ex quibus cetera omnia prodeant, num aliud quid sunt, quam duplices carminis editiones? Igitur de hac una re vi-

dendum est, verine simile sit, in diversis Codicum familiis diversas adhuc teneri carminis recensiones. Quae res plane negari debet, cum ex illis lectionibus, quas ex priore recensione a Scholiographis allatas protulimus, paucissimae in Codicibus appareant; atque inepta videbitur, si quis accurate familias illas Codicum distinxerit. Florentinam dicimus alteram, alteram Parisinam. Illam tenet editio Florentina, ex qua omnes fluxerunt editiones ante Brunckianam; nam Aldina si non ex illa, certe ex simili codice prodiit. Ad editiones proxime accedunt Codex Vaticanus II, qui tamen nonnullas habet singulares lectiones; Guelferbytanus, qui item multa habet propria; Caesareus cum Mediceo; Vaticani I. III. IV. (ita significo qui Italo Editori sunt A. C. D.) cum Vratislaviensi. Ad Parisiensem familiam pertinent quinque Codices Parisini a Brunckio collati, quorum quartus (Brunckio Codex D) saepissime conspirat cum ceteris, in posterioribus tamen Argonauticorum libris multa habet a ceteris omnibus discrepantia. Iam fac alteram familiam — Parisinam dico — alteram tenere recensionem, firma hanc sententiam plurimis lectionibus, quas soli habent Parisini Codices: quid facies plurimis itidem egregie diversis lectionibus, quas unus alterve alius Codex offert, ceterorum in ea lectione consensu destitutus? Ignorat lectionem altera familia, qua contineri ais alteram recensionem: unde nata est lectio, quae, si vera est ista sententia, alterius

certe recensionis esse non potest? Exemplum affero ex multis unum:

IV. 741. τάχα δ' εἰσὶ καὶ Ἑλλάδος ἤθεα γαίης
τισόμενος φόνον υἷος.

Ibi in Cod. Guelf. est ἔσχατα γαίης, quae lectio sane non minus digna esset, quae priori recensioni tribueretur, quam Parisinorum Codicum lectiones. Sed haec hactenus. Hoc speramus effectum esse, ut nemo alteram Codicum familiam, alteram recensionem integram praebere dicat.

Attamen si Parisini Codices non continent integram priorem recensionem: quid obstat, quo minus, si multa habent discrepantia et ipsi et alii Codices; una cum aliis reliquias continere prioris recensionis putentur? Qua ratione relicta sit prioris recensionis notitia, vidimus antea; sola Scholia in margine exemplorum adscripta quaedam asservarunt a vulgata lectione diversa. Quid erat facilius, quam ut tales lectiones margini appictae non manerent in Graecorum Commentatorum ὑπομνήμασι, sed transirent etiam nonnunquam in ipsum textum, quanquam pro cuiusque librarii indole plus minusve facile illud fieri poterat? Nihil igitur mirum, si vel ex paucis illis diversis lectionibus, quae Scholia afferunt, nonnulla in quorundam librorum textum transierunt, quod factum videmus I. 688. II. 246. IV. 1243. Imo mirum esset, nisi etiam pluribus locis, qui praeter paucos illos a Scholiis indicatos, insignes auctoris manu ortas di-

versitates habuerunt, variae natae essent textus commutationes. Fit hoc facillime in paucis verbis, facile etiam in hemistichiis, minus facile in integris versibus. At contra facilius deprehenduntur versus intrusi quam angustius patentes locutiones. Ne librarii quidem hemistichium versibus interpositum scribunt: aut in marginem coniiciunt, aut in veteris hemistichii locum ponunt. Quae integros versus efficiunt, potius inseruntur a librariis, tanquam si ex genuino versuum ordine sequerentur. Igitur si, ut observavimus, multis in librorum margine annotatis variis lectionibus, quarum nonnullae sunt in Scholiis asservatae, plures hodieque in Codicibus pro varr. lectt. comparent, facile mutationes textus oriri poterant; si adeo tales ortas esse verisimile fit, cum ex illis ipsis, quas ex hoc genere esse scimus, variis lectionibus quaedam in quorundam Codicum textus immigrarint; denique si tales mutationes textus nobis offeruntur, quales ex probabili ratiocinatione factas esse par est, si breviores locutiones in alios Codices irrepserunt, quas aliorum Codicum scriptores neglexerunt, si toti versus in carmine, quale hodieque legitur, nunquam deesse videntur, sed nonnunquam non supervacanei sunt et quibus carere possimus, sed importuni et qui sine maxima sensus offensione tolerari non possint: quid tum, inquam, obstat, quo minus, etiam deficientibus claris testimoniis, eam sequamur rationem, qua sola omnes etiam re-

pugnantes huius generis offensiones expedire possimus? Ac profecto sunt tales loci tantamque vim habent ad nostram sententiam, ut semel monitos persuasum iri non dubitemus.

Ac primum quidem de integris versibus importune insertis dicendum est; quos qui ex alio loco, quem tamen indicare nequeunt, ab eruditis librariis illatos censent, freti fortasse non ex ipsius rei natura ductis rationibus, sed exemplis quibusdam duorum versuum male ex suis locis, in quibus adhuc leguntur, in alium quoque locum nescio quo casu transpositorum (vid. I. extr. ex II. extr. et IV. 348. ex II. 1186.), nisi forte omnino nullis rationibus utebantur, sed consuetis locutionibus rem expediri posse putabant, nimium honoris tribuunt iisdem librariis, quorum inscitiam alibi tantopere perstringunt. Sed ipsa loca satis docebunt, an alia ratione istorum versuum illatio explicari possit, quam quae a nobis proposita est. Quod de brevibus versuum particulis tum demum refellemus, cum de integris versibus constiterit, an ex explicationibus legentium ortae sint: de his versibus nemo vel maxime litigiosus cogitare poterit. Criticorum diligentiam in illis interpolandis versatam esse, nemo putabit, qui et veteris Criticae et singulorum illorum versuum insititiorum conditionem norit. Multos scimus molestos versus obelis suis e veterum scriptis eiecisse et ex ingenio suo correxisse: in quibus magna, si nostri temporis Criticos spectamus,

interdum sunt audacia. Sed de interpolandis, totis versibus vel debile suae sententiae patrocinium praeter Homericorum carminum historiam nemo, puto reperiet: in quibus tamen qui olim in legendis Homericis offensionem praebebant, incuriae potius Zenodoti et ceterorum qui rhapsodorum maxime additamentis immutatum textum non expurgaverint, quam pravae libidini suum os Homero mutuandi tribuendos esse, nostris temporibus nemo est qui dubitet *). Quae autem in Euripideis interpolata sunt, plane alius sunt generis. At fuerit ista ratio non abs re veteris criticae: hoc unum quaero, an non potius correxissent, quod vel obscuriore sensu laboraret vel grammaticis difficultatibus, quales multae fuissent in Apollonio emendandae, quam ea, quae praeter morosum auctorem et qui plerumque ob ipsam novitatem novos ingenii partus veteribus praeferret, nemo fuisset mutaturus, suis interpolationibus correxissent. Accedit quod de veterum Criticorum opera in Apollonio posita nullum plane superest vestigium: ex quorum commentariis nostra conflata sunt Scholia, Lucilius Tarrhaeus, Sophocleus, Theo neque famam sunt nacti criticorum, neque in suis scriptis aliud quidquam attigerunt quam historias et locorum descriptiones ab Apollonio narratas: de lectionum diversitate bis tantum paullo longior expositio inde nata est, quod ad historiam

*) „Quis haec omnia a Zenodoto primo in textum illata esse crediderit?" Wolfius Prolegg. Hom. p. CCI.

et geographiam pertinet (Scholl. ad I. 125. II. 786.): ceterae, quas supra indicavimus, leviter tantum attinguntur. Nam etsi interdum in iis Scholiis, quae satis antiqua sunt, reprehendantur locutiones insolitae sive non aptae comparationes, nunquam tamen talia correxisse videntur. Quod si eiusmodi nonnulla a Parisiensium Codicum auctore correcta sunt, paucae tamen sunt et leves correctiones. Nihil igitur ad nos Critiei. Iam vide, lector, quid de istis versibus, quos tibi proponam, statuendum videatur.

I. 592. *Ἔνθεν δὲ προτέρωσε παρεξέθεον Μελίβοιαν*
ἀκτήν τ' αἰγιαλόν τε δυσήνεμον εἰσορόωντες.
ἠῶθεν δ' Ὁμόλην αὐτοσχεδὸν εἰσορόωντες
πόντῳ κεκλιμένην παρεμέτρεον.

Homericae repetitiones ab Alexandrinorum varietate alienae erant: rarae sunt in versibus longo intervallo separatis; in versibus duobus coniunctis ut semel vel bis (II. 574. 1109) idem breve verbum in fine toleraverit Apollonius: longum adeo, ut est *εἰσορόωντες*, certe tolerare non potuit. Bene hoc intelligens Brunckius restitutum iri putabat poetae manum, si pro *εἰσορόωντες* in priore versu scriberetur *ἐκνεύσαντες*. Aliquanto melius nostra procedet ratio ita duplicem poetae manum exsculpens, ut in priore recensione lectum fuerit:

ἔνθεν δὲ προτέρωσε παρεξέθεον Μελίβοιαν,
ἀκτήν τ' αἰγιαλόν τε δυσήνεμον εἰσορόωντες.
ἠῶθεν δ' Ὁμόλην παρεμέτρεον·

in posteriore:

> Ἔνθεν δὲ προτέρωσε παρεξέθεον Μελίβοιαν.
> ἠῶθεν δ' Ὁμόλην αὐτοσχεδὸν εἰσορόωντες
> πόντῳ κεκλιμένην παρεμέτρεον.

I. 939. de insula Cyzico:

> — — — — ἐν δέ οἱ ἀκταὶ
> ἀμφίδυμοι, κεῖνται δ' ὑπὲρ ὕδατος Αἰσήποιο.
> Ἄρκτων μιν καλέουσιν ὄρος περιναιετάοντες.
> καὶ τὸ μὲν ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι ναιετάουσι
> Γηγενέες, μέγα θαῦμα περικτιόνεσσιν ἰδέσθαι.

Primum considera verba Ἄρκτων μιν καλέουσιν ὄρος. Quidnam, obsecro, Ἄρκτων ὄρος vocavit? insulamne? nempe huius partem esse Ἄρκτων ὄρος ex Strabone demonstravit Brunckius et confirmat Orpheus Argon. 517. An ripas ita huc advocemus, ut μιν positum sit pro αὐτάς, ut est pro αὐτούς II. 8. 575. IV. 404? At ancipites erant ripae: in altera fuit Ursorum ille mons a gigantibus habitatus, alteram, quae planities erat, Doliones incoluerunt. Interpres: „in insula littora utrinque adeunda sita sunt super fluvium Aesepum. Ursorum ILLVM appellant montem accolae.“ De quibus iudicet ipse lector; nos μιν ferri non posse rati rescribimus μέν. Sed iam vide insignem duorum versuum ineptiam. Ἄρκτων μὲν καλέουσιν ὄρος. Hoc bonum; de monte recte dictum; quid de planitie narrandum sit exspectamus, atque satisfacit exspectationi vs. 947. Sed pergit: καὶ τὸ μὲν ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι ναιετάουσιν. Quid hoc? oppositionis exspectatio ut

fieret, satis erat *μέν* in praecedente versu: quid iterum ista particula eidem rei adiuncta? Neque, sive *ναιετάουσι* scribitur sive aliud eiusdem significationis verbum, alia res indicatur, quam quae iam fuit occupata in *περιναιετάοντες*. Manent verba *ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι*, quo Gigantum epitheto libenter egeremus, si totus molestus versus abiici posset. Ac vide modo quam id commode procedat. Fac ita scripsisse Apollonium:

Ἄρκτων μὲν καλέουσιν ὄρος περιναιετάοντες
Γηγενέες, μέγα θαῦμα περικτιόνεσσιν ἰδέσθαι.

Nihil plane ita desideramus: fatendum haec non indigna esse Apollonio. Sed quid faciemus molesto illi versui, qui bonus est per se neque ea ratione poetae abiudicandus, sed malus ob eam coniunctionem, quae inter eum et priorem versum intercedit? Nempe hic quoque clara vestigia duplicis recensionis mihi videor deprehendisse. Si antecessit versus, qui non ut is, qui nunc antecedit, idem fere continebat, sed id, sine quo insititius versus dici non potuit, verbum *ὄρος*, adiuncta fortasse ea divisione, quam nunc demum ex vs. 947. cognoscimus, hic quoque versus ferri potuit, absente eo quem nunc solum in textu toleramus. Quae cum ita sint, tale quid in priore recensione fuisse suspicor:

— — — — ἐν δέ οἱ ἀκταὶ
ἀμφίδυμοι, κεῖνται δ' ὑπὲρ ὕδατος Αἰσήποιο·
οὖρος μέν τ' ἐν τῇ, πεδίον δ' ἐν τῇ παράκειται.

καὶ τὸ μὲν ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι ναιετάουσιν
Γηγενέες, μέγα θαῦμα περικτιόνεσσιν ἰδέσθαι.

Forte fortuna e duobus versibus margini adscriptis unus tantum in textum transiit.

Sciens alium scrupulum ad finem huius disputationis reieci, qui nunc paullo facilius expediri poterit. In eo versu, quem soli priori recensioni vindicavimus, libri ad unum omnes praebent *ἄγριοι ναιετάουσι*, aperto vitio prosodico. Quod reposuit Bentleius, *ἀμφινέμονται*, satis bonum est, sed nullam habet verisimilitudinem ex rationibus palaeographicis; quomodo oriri potuerit *ναιετάουσι*, verbum non minus poeticum quam *ἀμφινέμονται* non liquet. Ex nostra ratione paulo id probabilius fit. Prioris recensionis lectio, quae hic ut alibi ex margine irrepsit, omnibus iis mutationibus obnoxia erat, quibus veterum observationes in margine adscriptas fere ubique insignes corruptiones traxisse videmus. Ita facile pro eo, quod exciderat, *ἀμφινέμονται* a male diligente lectore *ναιετάουσι* fuit adscriptum. Aliam expediendi loci rationem non video. Quod Porsonus coniecit Advers. p. 171. *ὑβρισταὶ καὶ ἀγρεῖοι ναιετάουσι*, dupliciter falsum est. Nam et deletur Homerica locutio Od. ζ. 120. ι. 175. ν. 201. quod in Apollonio minime fieri debet, et infertur inaudita apud epicos forma *ἀγρεῖος* paucis locis Pseudophocylidis et Epigrammatum male defensa.

II. 379. *Τοῖς δ' ἔπι Μοσσύνοικοι ὁμούριοι ὑλήεσσαν*
ἑξείης] ἤπειρον, ὑπώρειάν τε νέμονται

δȣρατέοις πύργοισιν ἐν οἰκία τεκτήναντες
κάλινα καὶ πύργȣς εὐπηγέας, οὓς καλέουσι
μόσσυνας καὶ δ' αὐτοὶ ἐπώνυμοι ἔνθεν ἔασι.

Ita omnes libri. Quam inepte vs. 381. sq. coniungantur, verba δȣρατέοις πύργοισιν πύργȣς εὐπηγέας τεκτήναντες, non fugit eruditos. Ab omnibus probatam Brunckii lectionem indicamus. Is duos postremos versus ex h. l. eiecit — quibus de causis, apud ipsum legat qui velit —; priorem, mutatis verbis κάλινα καὶ in δȣρατέȣς, inseruit ante vs. 1018. ubi posterior eiectorum versuum iterum legitur. Haec molimina refellere non est opus. Nobis postremi versus in posteriore recensione a poeta omissi videntur, ne eadem bis repeterentur in eodem carmine: in margine annotati facile in textum pervenerunt: illud verbum, quod pro recepto in posteriore editione πύργοισιν antea legebatur, minus facile immigrare potuit, ut illud coniectura tantummodo assequi possimus. Scripsit fortasse Apollonius in priore recensione:

δουρατέοις θριγκοῖσιν ἐνοίκια τεκτήναντες
κάλινα καὶ πύργȣς εὐπηγέας κ. τ. λ.

Quae postea ad τεκτήναντες pertinebat, particula ἐν, antea melius referebatur ad substantivum: trabibus constructa erant aedificia, sed turribus interclusa.

II. 880. Δαιμόνιοι, τί νυ πένθος ἐτώσιον ἴσχομεν αὔτως;
οἳ μὲν γὰρ ποθι τȣ̃τον, ὃν ἔλλαχον, οἶτον ὄλοντο·
ἡμῖν μὲν γὰρ ἔασι κυβερνητῆρες ὁμίλῳ
καὶ πολέες· τῷ μή τι διατριβώμεθα πείρης.

Temere ad suum institutum Brunckius correxit ἡμῖν δ᾽ ἄλλοι ἔασι, sed fuit tale quid in altera earum lectionum, e quibus vulgatus textus ortus est. Igitur haec fere fuit prior lectio:

> Δαιμόνιοι, τί νυ πένθος ἐτώσιον ἴσχομεν αὔτως;
> οἱ μὲν γάρ ποθι τοῦτον, ὃν ἔλλαχον, οἶτον ὄλοντο·
> ἡμῖν δ᾽ ἄλλοι ἔασι κυβερνητῆρες ὁμίλῳ κ. τ. λ.

Recentior ea est, quam libri praebent, sed omisso versu 881.

II. 1116. αὐτίκα δ᾽ ἐῤῥάγη ὄμβρος ἀθέσφατος, ὗε δὲ πόντον
καὶ νῆσον καὶ πᾶσαν, ὅσην κατεναντία νήσου
νῆσόν τ᾽ ἤπειρόν τε περαίης ἀγχόθι νήσου
χώρην Μοσσύνοικοι ὑπέρβιοι ἀμφινέμοντο.

Horum versuum tertius non ille quidem malus, sed eo, quem occupat, loco sensum turbans, in eos libros, qui soli eum tenent, Vatic. II. et, ut videtur, Guelf. et in ed. Flor. ex prioris lectionis notatione intrusus est. Haec ita fuit:

> αὐτίκα δ᾽ ἐῤῥάγη ὄμβρος ἀθέσφατος, ὗε δὲ πόντον
> νῆσόν τ᾽ ἤπειρόν τε περαίης ἀγχόθι νήσου.

Rem cuivis lectori apertam observarunt etiam Hemsterhusius et Ruhnkenius.

II. 1126. πόντῳ γάρ τρηχεῖαι ἐπιβρίσασαι ἄελλαι
νηὸς ἀεικελίης διὰ δούρατα πάντ᾽ ἐκέδασσαν,
ᾗ ἔνι τειρόμενοι ἄμ᾽ ἐπὶ χρέος ἐμβεβαῶτες.
τοὔνεκα νῦν ὑμέας γουνάζομεθ᾽, αἴ κε πίθοισθε.

Versus tertius omnibus in libris totius loci sensum pessumdat: corruptusne sit, an prioris re-

censionis, dubitat Ruhnkenius; in Brunckiana editione eiectus est. Ex prioris recensionis lectione lacinia tantum est, quae, nisi plura accedebant, tolerari non potuit. Legebatur tale quid:

ἢ ἔνι τειρόμενοι ἅμ' ἐπὶ χρέος ἐμβεβαῶτες
πόντον ἐπέπλωμεν πατρὸς κρυερῇσιν ἐφετμαῖς.

Quoniam haec sine sensus dispendio omitti possunt, cum praesertim res postea fusius narretur, a poeta in secunda editione omissa esse potius credam, quam excidisse versum librariorum culpa.

IV. 435. de Medea fratri insidias struente:

ἡ δέ τε κηρύκεσσιν ἐπεξυνώσατο μύθους
θελγέμεν, εὖτ' ἂν πρῶτα θεᾶς περὶ νηὸν ἵκηται
συνθεσίῃ, νυκτός τε μέλαν κνέφας ἀμφιβάλῃσιν,
ἐλθέμεν, ὄφρα δόλον συμφράσσεται, ὥς κεν ἑλοῦσα
χρύσειον μέγα κῶας ὑπότροπος αὖτις ὀπίσσω
βαίη ἐς Αἰήταο δόμους· περὶ γάρ μιν ἀνάγκῃ
υἷες Φρίξοιο δόσαν ξείνοισιν ἄγεσθαι.
τοῖα παραιφαμένη θελκτήρια φάρμακ' ἔπασσεν.

Verbi θέλγειν prima significatio est praestigiis incantare aliquem: post de omnibus eiusmodi rebus usurpatur, quae insignem vim habent ad movendos homines et plus quam naturalem. Hinc pluries apud nostrum de Cupidinis operibus III. 28. 86. 143. de vi iucundi sermonis θέλγετ' ἀκουῇ θυμός II. 772. Iam videndum, quaenam eius notio hoc loco sit statuenda. Quod per nuntios Medea dicit Absyrto, aut oportet esse de iis, quae Medea petit ab Absyrto, aut quae se facturam esse illi promittit: duplex igitur haec ratio in infinitivo locum habere po-

terit. Pone priorem; tum ita vertendus locus: Medea nuntios iussit persuadere Absyrto, ut secum insidias strueret iis, qui se atque vellus tenerent. At, obsecro, quam hoc male dictum esset! Ad rem Absyrto non minus gratam, quam sibi esse Medea fortasse simulabat, nuntios illum non incitasse, non ei persuasisse, sed commovisse nescio quibus illecebris, quae vera est significatio verbi θέλγειν? Dignum sane nuntiorum munus, non, ut vulgo, nuntiare, sed rem totam suis artibus perficere! Praeterea vide insignem ineptiam: θελγέμεν, εὖτ᾽ ἂν ἵκηται, ἐλθέμεν „persuadere Absyrto, ut, quumprimum venerit, veniat." Restat altera ratio ad Medeam referendi θελγέμεν. Hoc ita tantum paullo tolerabilius procederet, ut θελγέμεν absolute dictum a poeta consilium significaret, quod in Medeae animo latuisset. Sed mala est propera mutatio subiecti, quod primum est Medea in θελγέμεν, deinde Absyrtus in ἐλθέμεν; et equidem nescio, quamnam θελκτὺν adhibere voluerit Medea accedenti Absyrto. Ex sequentibus futilia ista esse patet. Nihil certius quam non potuisse ita scribere Apollonium, uti omnes libri eum scripsisse persuadere volunt. Ac mihi quidem id quoque certum est, versus 436. 437. plane ex nostro textu eiiciendos esse. Omissis illis, vide, quam egregie sententia procedat:

ἡ δέ τε κηρύκεσσιν ἐπεξυνώσατο μύθους
ἐλθέμεν, ὄφρα δόλον συμφράσσεται κ. τ. λ.

Quid Absyrtum facere iusserit Medea, exponitur. — Sed quid statuendum de abiectis illis versibus? Nimirum novo ostendunt exemplo, quantis obnoxia sint mutationibus, quae non semper in textu fuerunt, sed ex notis marginalibus malum pedem intruserunt. Prioris recensionis lectio, quam probabiliter hic tenemus, egregie mutilata fuit. Legebatur tale quid:

ἡ δέ τε κηρύκεσσιν ἐπεξυνώσατο μύθυς,
θελγέμεν, εὖτ' ἂν πρῶτα θεᾶς περὶ νηὸν ἵκηται
συνθεσίῃ, νυκτός τε μέλαν κνέφας ἀμφιβάλῃσιν,
ἥρωας Μινύας, ἐπὶ δ' αὐτίκα κῶας ἑλέσθαι,
ἄψοῤῥον δ' ἐπὶ νηΐ κιεῖν πόλιν Αἰήταο.
τοῖα παραιφαμένη θελκτήρια φάρμακ' ἔπασσεν.

Medea nuntiis consilium se cepisse ait Argonautis ereptum vellus seque ipsam patri restituendi; ut possit eripere, incantaturam se Argonautas. Aliud obiectum verbi *θελγέμεν*, quam id quod nos coniectura restituimus, in vetere lectione esse non potuit. Sane Absyrtum *θελκτηρίοις φαρμάκοις* adducere voluit ad veniendum, sed haec secreto adhibenda erant; cum nuntiis hic dolus non erat communicandus, neque, cum advenisset Absyrtus, ullam *θελκτὺν* adhibere voluit. Ceterum mutationis causam hic quoque divinare non possum.

IV. 538. Ὕλλον, ὃν εὐειδὴς Μελίτη τέκεν Ἡρακλῆϊ
δήμῳ Φαιήκων· ὃ γὰρ οἰκία Ναυσιθόοιο
Μάκριν τ' εἰςαφίκανε Διωνύσοιο τιθήνην.
τυτθὸς ἐὼν ποτ' ἔναιεν, ἀτὰρ λίπε νῆσον ἔπειτα
νειψόμενος παίδων ὀλοὸν φόνον· ἔνθ' ὅγε κύρην

Αἰγαῖυ ἐδάμασσεν ἐρασσάμενος ποταμοῖο
Νηϊάδα Μελίτην. ἡ δὲ σθεναρὸν τέκεν Ὕλλον.
ὐδ' ἄρ' ὅγ' ἡβήσας αὐτῇ ἐνὶ ἔλδετο νήσῳ
ναίειν κοιρανέοντος ὑπ' ὀφρύσι Ναυσιθόοιο.
βῆ δ' ἄλαδε Κρονίην κ. τ. λ.

Ita ed. Flor. et plurimi, ut videtur, Codices. Quartum versum suo loco motum esse et sensus ostendit et variae Codicum turbationes. In plurimis libris, ut E. et marg. B. a pr. m., ponitur ante vs. 540; in marg. B. a sec. m. post 547; in A. C. D. et Zeladae Codice deest. Vere Beckius, partim alios secutus, hos distinxit ut prioris editionis versus:

δήμῳ Φαιήκων· ὃ γὰρ (f. μὲν) οἰκία Ναυσιθόοιο
τυτθὸς ἐὼν ποτ' ἔναιεν, ἀτὰρ λίπε νῆσον ἔπειτα.

Positi fuerunt post versum septimum *ἡ δὲ σθεναρὸν τέκεν Ὕλλον*; secuti ceteri versus inde ab illo *βῆ δ' ἄλαδε Κρονίην*, vel, quod probabilius est ob diversitates Codicum, haec sequebantur:

ὐ γὰρ ὅγ' ἀκμάσσας αὐτῇ ἐνὶ ἔλδετο νήσῳ
ναίειν κοιρανέοντος ὑπ' ὀφρύσι Ναυσιθόοιο.
βῆ δ' ἄλαδε κ. τ. λ.

pro *ὐ γὰρ* in posteriore editione Apollonius scripsit *ὐδ' ἄρ'*: *ἀκμάσσας* praeter Zeladae Codicem quinque Parisini offerunt, qui priorem lectionem saepe conservarunt.

CAPUT TERTIUM.

Duplicis recensionis vestigia ex Codicibus Apollonii ostenduntur.

Quod prioris capitis initio iam attigi, nunc repetendum est. Dixi aegre accidere, ut versus alienus recepti versus locum occupet; si transeat in textum, ita aliis interponi versibus, ut ceteri suam sedem retineant; interpolatio cum fiat minorum versus partium, aliam esse rationem: tum necessario ea verba cedere, quae antea legebantur: quod eo facilius fieri, quo pauciora et breviora sint verba. At simul constat, admodum esse difficile investigatu, quae verba illa ratione in textum irrepserint. Versus integri raro sine sensus dispendio interseri possunt: quod in paucis verbis mutatur, plerumque ad solam elegantiam spectat, ad totius periodi sensum rarissime attinet. Si ex veteris libri corruptione omnes hodieque libros eiusmodi tenet minus elegans lectio: quis, quaeso, diiudicabit, ipsumne illud, quod semper et ubique in opere

suo legi voluerit auctor, relictum nobis sit, an potius id, quod plane reiecerit, relictam sedem iterum importune occupaverit? Quid? quod, si quis laboraret in his diiudicandis, idoneis veteribus testimoniis destitutus, non modo nihil efficeret, verum etiam ad inanes istas ariolationes delaberetur, quibus saepissime Brunckium videmus auctorem nostrum correxisse. Sed propitia fortuna in Apollonio non est tantus monumentorum defectus. Qui hucusque plus minusve bene collati sunt, XIII libri Mss. Apollonii, non sunt eiusmodi, ut ex uno eodemque libro descripti videri possint: permultae in iis exstant adeo diversae lectiones, ut de duplicis recensionis vestigiis dubitari nequeat; unde nova rei instituendae ostenditur ratio, spesque, fore, ut pristinus nitor poetae quodammodo restituatur. Etenim si vera est nostra sententia, qua insignes illas lectionis diversitates ex notatione prioris lectionis in librorum margine facta natas esse contendimus, par est, pro diversa librorum, sive mavis, librariorum indole alium librum plus quam alium eiusmodi diversitates tenere: itaque esse iam ita demonstrabimus, ut quas quisque Codex graviores lectiones habeat et a ceteris omnibus discrepantes, eas afferamus; quo facto, quod fieri potuisse hucusque vidimus, factum esse, ex ipsa lectionum natura clare apparebit. Nam cum diversae illae lectiones, quas vel unus, vel pauci, vel, quod idem est, plures Codices ex uno fonte orti, quales secundi capitis initio indicavi,

offerant, eaque re non fuisse sei genuinas nostri textus, i. e. posterioris recensionis lectiones, sed serioribus additamentis male illatas esse se testentur; cum, inquam, illae lectiones saepe deteriores sint quam vulgatae, saepe nostrum ad sensum aequales, poetae fortasse itidem deteriores visae: paucas, quae nobis meliores videantur, supprimere debebit dignum illud Critico studium veritatis, quod non ea, quae ex suo sensu poetae placere debuisse videntur, sed quae idonea testimonia ipsi poetae placuisse probabile reddunt, illius scriptis restituere conatur.

Haec praemonenda erant; iam Codicum Parisiensium, qui unius Codicis instar sunt, diversas a ceteris lectiones enotamus. Sed cum is librarius, cui illi Codices debentur, nonnunquam, quae sibi corrupta esse viderentur, levibus mutationibus suo ex ingenio emendaverit, quam rem ex Scholiis ad III. 372. in capite octavo demonstramus, iis lectionibus, quae non multum discrepant a vulgari, exigua apud plerosque, et nonnunquam merito, fides erit. Quamobrem has postea ponam; nunc eas enumerabo, quae magis abhorrent a ceterorum lectionibus.

II. 30. *ἔνθ' αὖ Τυνδαρίδης μὲν ἐΰστιπτον θέτο φᾶρος λεπταλέον.*

Quinque Pariss. ut Ed. Aldina et, ut videtur, Codex Vatic. secundus *λεπτόμιτον.*

II. 217. *Ἱκεσίε πρὸς Ζηνὸς, ὅτις ῥίγιστος ἀλιτροῖς ἀνδράσι, Φοίβε τ' ἀμφὶ, καὶ αὐτῆς εἵνεκεν Ἥρης λίσσομαι, οἷς (sic) περίαλλα θεῶν μέμβλεσθε κιόντες.*

Minus bene A. C. D. E:

λίσσομαι, ἠδὲ θεῶν, οἶσιν μέμβλεσθε κιόντες.

II. 729. ἡ μὲν τε κρημνοῖσιν ἀνίσχεται ἠλιβάτοισιν εἰς ἅλα δερκομένη Βιθυνίδα.

A. C. marg. B. εἰς ἅλα κεκλιμένη.

III. 390. — ὁ δὲ καί ποτ' ἀμύμονα Φρίξον ἔδεκτο
μητρυιῆς φεύγοντα δόλον πατρός τε θυηλάς.
πάντες ἐπεὶ πάντῃ, καὶ ὅτις μάλα κύντατος ἀνδρῶν,
Ξεινίυ αἰδεῖται Ζηνὸς θέμιν ἠδ' ἀλεγίζει.

Multo deterior est alia vetus lectio, quam ex A. C. D. marg. B. recepit Brunckius:

— — ὁ δὲ καὶ ποτ' ἀμύμονα Φρίξον ἔπεισε
μητρυιῆς φεύγοντα δόλον πατρός τε θυηλὰς
δέχθαι· ἐπεὶ πάντῃ, καὶ ὅτις μάλα κύντατος ἀνδρῶν
κ. τ. λ.

Tum satis dure subaudiendum αὐτὸν i. e. Αἰήτην. Quanquam eam duritiem non fugiebat Apollonius. I. 1363:

— — ἡ τέ σφιν στυγερὴ τίσις ἔπλετ' ὀπίσσω
χερσὶν ὑφ' Ἡρακλῆος, ὅ μιν δίζεσθαι ἔρυκον.

intellige ἥρωας. IV. 499:

ἔλπομαι ὐχ ἕνα μῦθον, ὅτις προτέρωσε δίεσθαι
ἡμέας ὀτρυνέει, τὺς πεισέμεν.

intellige Κόλχυς. Similiter Odyss. β. 244. ἡμέας ὀτρύνων καταπαυέμεν supplendum est δῆμον. Ad posterioris recensionis πάντες ἐπεὶ πάντῃ compara Aratum 4:

— — πάντῃ δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες.

ib. 466:

πολλά τε καὶ σχεδόθεν πάντῃ συνεεργμένα πάντα;

Meleagrum Epigr. XCI:

πάντῃ γὰρ καὶ πᾶσιν ἀπέχθεται.

Platonis Philos. Epigr. III:

Νῦν ὁ τὸ μηδὲν Ἄλεξις, ὅσον μόνον εἶφ᾽ ὅτι καλὸς ὦπται, καὶ πάντῃ πᾶσι περιβλέπεται.

III, 1163. *Αἰσονίδης δ᾽ ὅτε δὴ ἑτάροις ἐξαῦτις ἔμικτο ἐν χώρῃ, ὅθι τούςγε καταπρολιπὼν ἐλιάσθη, ὦρτ᾽ ἰέναι σὺν τοῖσι, πιφαυσκόμενος τὰ ἕκαστα, ἡρώων ἐς ὅμιλον· ὁμοῦ δ᾽ ἐπὶ νῆα πέλασσαν.*

A. C. E. Vat. II. postremum versum ita scriptum habent:

οἱ δ᾽ ἔκλυον ἕκαστα· ὁμοῦ δ᾽ ἐπὶ νῆα πέλασσαν.

Malus versus ita fortasse legendus est: *οἱ δ᾽ ἔκλυον τὰ ἕκαστα· ὁμοῦ κ. τ. λ.*; dico fortasse: nam si cui minus necessarium videatur respondere *τὰ ἕκαστα* priori versui, ut prosodiae legibus satisfaciam, ne facilem quidem in illo versu mutationem audeam. Plura in eo genere vitia commiserunt seriores eius aetatis Epici, in qua nondum erant accuratae Grammaticorum leges. Noti sunt Antimachei lapsus; in Apollonio minus offendit, quod hodieque legitur III. 863:

λυγαίῃ ἐνὶ νυκτὶ σὺν ὀρφναίοισι φάρεσσι;

vel potius, quod omnium fere librorum auctoritate nititur, *σὺν ὀρφναίοις φαρέεσσι.* Quanquam

enim in epico sermone ubique esse *φᾶρος*, non *φάρος*, aiunt Grammatici Etymol. M. p. 248, 4., apud Atticos tantum corripi *α* vel, ut ait Etym. M. p. 175, 29., *παρὰ τοῖς τραγικοῖς*, cf. Herm. de em. Gramm. p. 443 sq.: tamen ea in re et vulgaris usus excusat Apollonium et Hesiodeus *Ἔργ*. 198. *λευκοῖσιν φαρέεσσι* (ut in libris) *καλυψαμένω χρόα καλόν* (nam sine auctoris nomine citatus versus ab Etymol. M. p. 90, 24. *αὐτὴ δὲ φάρος μέγα ἕννυτο νύμφη* Homericus est Od. *ε*. 230. corrupte descriptus). Sed graviora sunt alia vitia, quae in priore editione commissa in posteriore delevit Apollonius. I. 265:

αὐτὰρ ὁ τῶν μὲν ἔπειτα κατεπρήϋνεν ἀνίας
θαρσύνων, δμώεσσι δ' ἀρήϊα τεύχε' ἀείρειν
πέφραδεν· οἱ δὲ σῖγα κατηφέες ἠείροντο.

Vatic. II. *πέφραδεν· οἱ δ' αἶψα*. Voluit *πέφραδεν· τοὶ δ' αἶψα*. I, 587:

καί μιν κυδαίνοντες ὑπὸ κνέφας ἔντομα μήλων
κεῖαν, ὀρινομένης ἁλὸς οἴδματι· δίπλοα δ' ἀκταῖς
ἤματ' ἐλινύεσκον.

In corrupta Codicis Vatic. secundi lectione *δανύεσκον* nihil potest aliud latere quam *δαινύεσκον*, repugnans illud et grammaticis et prosodicis legibus, attamen priori Apollonii recensioni vix abiudicandum. Quod si illius Codicis in utroque loco lectio adeo mala nonnullis videatur, ut nunquam prodire potuerit ab Apollonio, considerent rhythmica vitia, ut productionem

brevis syllabae in thesi positae, quam in septimo capite ex eodem Apollonio afferam, scilicet et elegantissimo et limatissimo poeta.

IV. 366. ὕστατον αὖ καὶ κῶας, ἐπεί τ' ἐπάϊστος ἐτύχθην, εἶλες ἐμῇ ματίῃ.

Ita Ed. Flor. Codex Guelferb. et, ut videtur, Caesareus; ἐπάϊστος ἐτύχθη Mediceus; ἐπεί τ' ἐπάϊστον ἐτύχθη Codices Vaticani. Alterius recensionis lectio est in Parisinis:

ὕστατον αὖ καὶ κῶας, ἐφ' ᾧ πλόος ὔμμιν ἐτύχθη, εἶλες ἐμῇ ματίῃ.

IV. 408. οὐδ' ἂν ἐγὼ Κόλχοισιν ὑπείξομαι πτολεμίζειν ἀντιβίην, ὅτε μή με διατμήξωσι νέεσθαι.

In colloquio cum Medea foedera nonnisi in speciem cum Absyrto icta esse contendit Iaso; quibus factis maiorem copiam esse perdendi Absyrti. Huius enim mortem sibi maxime esse optabilem, cum duce destituti minime eam opem accepturi sint Colchi a vicinis populis, quam antea sperare potuerint. Adiungit aliam rationem in corruptis versibus, quos adscripsimus, indicatam. In quibus veram poetae manum restituisse se putabat Brunckius, cum pro ὑπείξομαι, cuius verbi corruptionem et forma media et mensura violata indicat, rescriberet ὑπείξαιμι, pro οὐδ' ἂν ex quatuor Parisinis καὶ δ' ἄν. Fac hoc scripsisse poetam; tum is est sensus: et ego quoque bellum concedam Colchis, nisi me impediant, quo minus in itinere pergam, i. e. si Colchi patientur me proficisci, pugnam cum iis

conseram. Inepta haec sunt et omni sensu destituta; tum demum bona prodiret sententia, si aut restitueremus veterem lectionem *οὐδ᾽ ἄν*, ut ita locus vertendus esset: neque ego pugnam concedam Colchis (i. e. neque pugnabo cum Colchis), nisi iter meum impedient; aut, si negatio esset ante *πτολεμίζειν*, quae, ni fallor, per ellipsin omissa videbatur Beckio ita vertenti locum: „atque ego Colchis ita cedam, ut NON pugnem contra, quando me non prohibuerint a reditu.“ Quem sensum nos graece loquenti poetae restituimus, ita refingentes locum:

καὶ δ᾽ ἂν ἐγὼ Κόλχοισιν ὑπείξαι μὴ πτολεμίζειν
ἀντιβίην, ὅτε μή μὲ διατμήξωσι νέεσθαι.

Facilis est emendatio, sensus bonus; attamen nunc quoque manet dubitatio, cum Codicum lectiones inspicimus. *Καὶ δ᾽ ἂν* solorum Parisiensium est, quorum auctoritas unius instar est Codicis; in ceteris libris legitur *οὐδ᾽ ἄν*. Praeterea in secundo versu ceteri Codices omnes habent *διεξίωσι*, quod verbum ne in textum recipiatur, vetat et significatio et mensura. Quod ex Florentina editione in ceteras transiit, *διεξείργωσι* eundem praebet sensum, quem *διατμήξωσι*; manet dubitatio, unde ortum sit *οὐδ᾽ ἄν*, unde *διεξίωσι*. Sed iam proponenda est unice vera huius loci emendatio. Scripsit Apollonius:

οὐδ᾽ ἂν ἐγὼ Κόλχοισιν ὑπείξω μὴ πτολεμίζειν
ἀντιβίην, ὅτε μή με διὲξ εἰῶσι νέεσθαι.

„neque ego Colchis pugnam remittam, si me abire

non patientur." Priorem lectionem e Parisiensibus libris ante eruimus; haec est posterioris recensionis et melior. Ignavi hominis illud dictum est, pugnae periculo se liberatum iri, nisi forte Colchi eum retenturi sint; fortis herois, quod hic habemus, nolle se Colchis pugnam remittere, nisi apertam sinant viam.

IV. 546. οὐδ᾽ ἄρ᾽ ὅγ᾽ ἡβήσας αὐτῇ ἐνὶ ἔλδετο νήσῳ ναίειν.

ἀκμάσσας pro ἡβήσας esse in Pariss. et in Zeladae Codicibus, in secundo capite vidimus.

Accedo ad eas Parisiensium Codicum lectiones, quae minus abhorrent a ceteris libris; has, etiamsi plerumque non pertineant ad duplicem recensionem, utile tamen videtur afferre, quoniam, si nihil aliud, certe iudicium nostrum de Codicum familiis confirmant.

I. 864. Ἡρακλέης τοίοισιν ἐνιπτάζων προςέειπε.

προςέειπε ex A. B. D. E. non debebat recipere Brunckius, cum in ceteris libris omnibus sit μετέειπε. Similiter pro μετηύδα II. 467. in solo Guelferbytano est προςηύδα.

I. 1004. ὡς δ᾽ ὅτε δούρατα μακρὰ νέον πελέκεσσι τυπέντα ὑλοτόμοι στοιχηδὸν ἐπὶ ῥηγμῖνι βάλωσιν.

A. B. C. D. Vatic. 2. στελεχηδόν. Vulgatae lectionis sensus hic est: velut trabes caesores in littus coniiciunt ea ratione, quae propria est seriei, i. e. deinceps. At στελεχηδόν: ea ratione, quae stipitum propria est. Igitur: stipites (quid

enim aliud sunt δὄρατα μακρά?) stipitum in modum coniiciuntur. Malum hoc est et ferent tantummodo aures, quod verborum varietate a cognoscendis iis, quae tamen eadem sunt, abducuntur.

II. 164. ἦμος δ' ἠέλιος δροσερὰς ἐπέλαμψε κολώνας
ἐκ περάτων ἀνιών, ἤγειρε δὲ μηλοβοτῆρας.

Quatuor Parisini δνοφεράς.

II. 192. καὶ δ' ἐπὶ μυδαλέην ὀδμὴν χέον· ὐδέ τις ἔτλη
μὴ καὶ λαυκανίηνδε φορεύμενος, ἀλλ' ἀπὸ τηλῦ
ἑστηώς· τοῖόν οἱ ἀπέπνεε λείψανα δαιτός.

Pro illo μὴ καὶ vel καὶ μὴ, ut est in E, Codices A. C. D. praebent ὀδμήν, marg. B. ὀδμῆ, quod si recipiatur, contorta prodeat structura, quae fortasse ita ferri possit, ut negatio semel deficiens gravi particulae ἀλλὰ oppositione suppleatur. Sed verisimilius est, cum ex libris excidisset καὶ, deficientem syllabam prave supplevisse librarium Parisinum.

II. 674. τοῖσι δὲ Λητῦς υἱὸς ἀνερχόμενος Λυκίηθεν
τῆλ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν Ὑπερβορέων ἀνθρώπων
ἐξεφάνη.

Quod hoc loco in Parisiensibus quinque est, Λιβύηθεν, vix auctori tribuerim; unice verum videbatur Brunckio.

II. 955. ἔνθα δὲ Τρικκαίοιο ἀγαυῦ Δηϊμάχοιο
υἷες, Δηϊλέων τε καὶ Αὐτόλυκος Φλόγιός τε
τῆμος, ὅθ' Ἡρακλῆος ἀποπλαγχθέντες ἔναιον,
οἵ ῥα τόθ', ὡς ἐνόησαν ἀριστήων στόλον ἀνδρῶν,
σφέας αὐτὺς νημερτὲς ἐπέφραδον ἀντιάσαντες.

Ita hic locus sine sensu ante Brunckium legebatur, qui ex A. et marg. B. ita scripsit tertium versum:

τῆμος, ὅθ' Ἡρακλῆος ἀπέπλαγχθεν παρέναιον.

In D. est ἀποπλαγχθέντες παρέναιον. Sed vereor, ne ista lectio, quae placuit Brunckio, sciolo potius librario quam poetae debeatur. Certe explendi lacerati versus studio etiam aliae nonnullae ortae sunt illorum Codicum lectiones: ut ὀδμῇ in loco ante allato; similiter III. 1186. ἐπὶ γηγενῆ εἴσατο λαὸν, ubi ἐπὶ non minus otiosum est quam in hoc loco παρά. Atque II. 995. in prava lectione Θεμισκύρειαι (cf. Taylor. Lectt. Lysiae. IV. p. 687.) corrupto versui addito γε mederi voluit librarius. In nostro loco veram utriusque editionis lectionem coniectura restituimus. Scripsit Apollonius:

τῆμός δ' Ἡρακλῆος ἀποπλαγχθέντες ἔναιον.

Fraudem fecit librariis ignotum τῆμός δε. Rarum verbum eadem, qua τότε, significatione legitur in Theocr. X. 49. Callim. H. in Iov. 21. Maximi 4. 16. 27. 115. 186. 202. 214. 237. 473. 508. 514. Brunck. Anall. Vol. II. p. 519. Apoll. Dysc. de pron. 265. C.

III. 430. — — — ὐ γὰρ ἔτ' ἄλλο
ῥίγιον ἀνθρώποισι κακῆς ἐπικείσετ' ἀνάγκης.

A. B. C. D. ἐπαμείβετ' ἀνάγκης, quod nisi mutando ceteris adaptetur — atque adaptavit Brunckius — sensum praebet nullum. In Edi-

tione Florentina et Codice E. est ἐπιβήσετ' ἀνάγκης, quod neque auctoritate librorum prae vulgata commendatur, neque alium praestat sensum. Mirum ni Codex aliquando offerat ἐπινείσετ' ἀνάγκη i. e. ἐπινίσσετ' ἀνάγκη. Sed genuinum est quod vulgatur. Il. Z. 458. κρατερὴ δ' ἐπικείσετ' ἀνάγκη.

III. 650. — ἐκ δὲ πάλιν κίεν ἔνδοθεν, ἄψ τ' ἀλέεινεν εἴσω· τηΰσιοι δὲ πόδες φέρον ἔνθα καὶ ἔνθα.

A. C. D. κηδόσυνοι δέ. Vatic. 2. κηδομένην δέ. Comparata lectione Codicis Guelferbytani, in priore editione putamus fuisse κηδοσύνην δὲ sive illud ipsum Vaticani Codicis κηδομένην.

IV. 50. ἔνθεν ἵμεν νηὸνδε μάλ' ἐφράσατ'· ὁ γὰρ ἄϊδρις ἦεν ὁδῶν.

A. C. D. E. marg. B. ἔνθ' ἄρα νηὸν μὲν μάλ' ἐφράσσατο.

IV. 917. ἀλλά μιν οἰκτείρασα θεὰ Ἔρυκος μεδέουσα Κύπρις ἔτ' ἐν δίναις ἀνερείψατο.

Ex corrupta hac lectione, unde profectum est Editionum ἀνετρέψατο, Brunckius exsculpsit ἀνερείψατο. In Parisiensibus est ἀνερύσατο i. e. ἀνερύσσατο. Suspectum hoc est, quoniam suo iudicio plerumque istum librarium usum esse antea vidimus; et quibusdam in rebus stultissimo cuique maxime obsequendum est.

IV. 1051. — — — νῦν δ' ἐλάθεσθε ἠνορέης, ὅτε μοῦνον ἀποτμηγέντες ἔασιν.

Sic Editiones, Codices Vaticani, Vrat. Caes. Medic. Guelf. In Parisinis est *νῦν δὲ μέθεσθε.*

IV. 1473. *ἀλλ' ὁ μὲν ἐν Μυσοῖσιν ἐπικλεὲς ἄστυ πολίσσας νόστε κηδοσύνῃσιν ἔβη διζημένος Ἀργώ.*

A. C. E. *ἐμήσατο διζήμενος.* Voluerunt *ἐβήσατο διζέμεν.* Quanquam hanc lectionem librario potius quam poetae tribuerim.

Parisiensium Codicum quartus multa habet singularia; ex quibus potiora nunc delibamus.

I. 638. *δῦν' ἐνὶ τεύχεσι πατρὸς, ἀμηχανίῃ δ' ἐκέχυντο ἄφθογγοι.*

D. *ἐχέοντο.*

III. 553. — — *Κυθέρειαν ἐπικλείοντες ἀμύνειν,*

D. *ἀρήγειν.*

IV. 94. *ἦκ' ἀναειρόμενος προςπτύξατο θάρσυνέν τε.*

D. *φώνησέν τε.*

IV. 467. *μὴ φόνον ἀθρήσειε κασιγνήτοιο τυπέντος.*

D. *πεσόντος.*

IV. 567. *ἔνθα Ποσειδάων Ἀσωπίδα νάσσατο κούρην.*

D. *νύμφην.*

IV. 603. — — — *ἀμφὶ δὲ κοῦραι*
Ἡλιάδες ταναῇσιν ἀείμεναι αἰγείροισιν
μύρονται κινυρὸν μέλεαι γόον· ἐκ δὲ φαεινὰς
ἠλέκτρου λιβάδας βλεφάρων προχέουσιν ἔραζε.

D. *ἐλίγμεναι αἰγείροισιν.* Illius verbi alias frequentatur praesens et aoristus medii significatque se circumvolvere, raro usu in illa lectione

passivam notionem habet perfectum. Quod alterius recensionis lectionem continet, *ἀείμεναι*, verbum nullum, omnes fere tenet Codices. Neque *ὑφήμεναι*, quod legisse videri potest, sed ad aliam rem transtulisse Dionysius Periegetes vs. 292:

κεῖθι δὲ Κελτῶν παῖδες ὑφήμενοι αἰγείροισι
δάκρυ' (sic) ἀμέργονται χρυσαυγέος ἠλέκτροιο,

neque Florentinae editionis *ἐφήμεναι*, ridiculum illud sensum praebens, sed nihilominus expressum a Pio Bononiensi Argon. IX. 132:

— — — — — super alta sedentes
extensis foliis riparum brachia,

neque coniectum a Wakefieldio *ἐνήμεναι*, in quo sedendi notio minime convenit huic loco, ad genuinam Apollonii lectionem pertinent. Perinde repudiandum est Codicis Vratislaviensis *ἑείμεναι*, quod cum aspero spiritu scriptum ne pro genuino habeatur, vetat Dativus, simili ratione vix alibi occurrens quam in Pauli Silentiarii Epigr. VII:

ἀλλήλων μαλακοῖς φάρεσιν ἑσσάμενοι,

de quo loco adhuc aliquantum dubito. Melius esset *ἀλήμεναι* ab *ἄλημι* premo, iisdem legibus derivatum quibus a *τίθημι* fit *τιθήμεναι*. Sed verissimum videtur *ἐελμέναι*. Paulus Silent. Ecphr. S. Soph. II. 184:

— — — — — — ὃ γὰρ ἐκείνοις
ὅπποτε πυθομένοισιν ἐπέχραεν ὕδασιν εὐρώς,
εἰ καὶ πολυέτηρον ἐπὶ χρόνον ἔκτοθι πηγῆς
καλπίδος ἐν γυάλοισιν ἐελμένα δώμασι μίμνοι.

In fine nostri loci D. habet λεχέων προχέουσιν ἔραζε, bonum illud per se, sed vulgato βλεφάρων multo postponendum. Hoc legit etiam Nonnus Dionys. II. 153:

εἴην Ἡλιάδων καὶ ἐγὼ μία· πυκνὰ δὲ πέμψω
ἐκ βλεφάρων ἤλεκτρα· φιλοθρήνοις δὲ κορύμβοις
γείτονος αἰγειρόιο περίπλοκα φύλλα πελάσσω,

atque Pius Bononiensis, superciliis vertens, quanquam haud scio an iste ubique Florentina Apollonii editione usus sit.

IV. 1064. — — σταλάει δ' ὑπὸ δάκρυ παρειάς
μυρομένης, οἵη μιν ἐπὶ στυγερὴ λάβεν αἶσα.

D. marg. B. μνωμένης. Guelf. μνωμένη.

IV. 1103. καί κ' ἐθέλων ἕκαθέν περ ἐφ' Ἑλλάδα νεῖκος ἄροιτο.

D. ἐς Ἑλλάδα νόστον ἄροιτο, ut 841. Νόστος pro itinere legitur etiam IV. 739:

σχετλίη, ἦ ῥα κακὸν καὶ ἀεικέα μήσαο νόστον.

atque ita Orph. Arg. 52. Soph. Phil. 43. ubi v. Erf. Eur. Iph. A. 1261. Rhes. 427. Hel. 435. νοστεῖν ita est Od. Ο. 119. Apoll. II. 352. Coluth. 375. Eur. Hel. 481. Aristoph. Ach. 29. περινοστεῖν Pac. 762. Thesm. 796. Plut. 494. et passim apud Lucianum.

IV. 1391. τῆλε μάλ' ἀσπασίως Τριτωνίδος οἴδμασι λίμνης
ὡς φέρον, ὡς εἰςβάντες ἀπὸ στιβαρῶν θέσαν ὤμων.

D. ἔνδοθι λίμνης.

IV. 1538. — — — πύθεσκε γὰρ ἔνδοθι σάρκας
ἰὸς ἄφαρ, μυδόωσα δ' ἀπὸ χροὸς ἔῤῥεε λάχνη.

Brunckius ex D. ἔῤῥεεν ἄχνη. Vulgatam tenet

Etym. M. 533, 26. Ad rem cf. Nicandrum Alex. 247:

— — — — πικρὸς δ' ὑποσήπεται ὕδρης
ἰός· σηπόμενον δὲ μύδῳ ἐκρήγνυται ἔρφος.

IV. 1674. εἰ δὴ μὴ νούσοισι τυπῇσί τε μοῦνον ὄλεθρος
ἀντιάει καὶ δή τις ἀπόπροθεν ἄμμε χαλέπτει.

D. λυγρὸς ὄλεθρος.

In ceteris Parisinis Codicibus pauca sunt singularia, quae unus tantum habeat. Nonnulla id genus ex margine Codicis B. proferri possunt.

II, 803,
Δάσκυλον ὀτρυνέω, ἐμὸν υἱέα· τοῖο δ' ἰόντος,
ἦτ' ἂν ἐΰξείνοισι διὲξ ἁλὸς (sic) ἀντιάοιτε
ἀνδράσιν, ὄφρ' αὐτοῖο ποτὶ στόμα Θερμώδοντος.

Marg. B. διαμπερὲς ἀντιάοιτε. De Etymologico tacere debebat Beckius.

II. 1031. Τοὺς παρανισσόμενοι, καὶ δὴ σχεδὸν ἀντιπέρηθεν
νήσου Ἀρητιάδος τέμνον πλόον εἰρεσίῃσιν.

Marg. B. et Edit. Flor. τοὺς παραμειβόμενοι. Orpheus Arg. 755:

ὃν παραμειβόμενοι μυχάτοις ἐπεπλείομεν ὅρμοις.

III. 1359. ὡς δ' ὁπότ' ἐς γαῖαν πολέος νιφετοῖο πεσόντος
αἶψ ἀπὸ χειμερίας νεφέλας ἐκέδασσαν ἄελλαι.

Marg. B. et Medic. e correctione ἄηται.

IV. 1522. — — ὁ δὲ φοίνιον ἕλκος ἄφασσε
θαρσαλέως, ἕνεκ' οὔ μιν ὑπέρβιον ἄλγος ἔτειρε.

Cum marg. B. Vrat. Caes. et iis, quorum lectionem afferunt Scholia Parisina, Brunckius exhibuit ἐπεὶ οὔ μιν, quod explicatione natum est.

Ἕνεκα et ἕνεκα omnes significationes communes habent, quanquam repugnantibus Grammaticis. Ammonius: ἕνεκα σημαίνει ὅτι, ἕνεκα δὲ χάριν· ἥμαρτεν οὖν ὁ Καλλίμαχος (fragm. CCLXXXVII.) εἰπών· εἵνεκεν οὐχ ἓν ἄεισμα· ὅπερ ἄτοπον, ἔδει γὰρ εἰπεῖν οὕνεκα, ἵνα γένηται· ὅτι οὐχ ἓν ἄεισμα. Homer. H. in Ven. 199:

τῷ δὲ καὶ Αἰνείας ὄνομ' ἔσσεται, οὕνεκά μ' αἰνὸν
ἔσχεν ἄχος, ἕνεκα βροτοῦ ἀνέρος ἔμπεσον εὐνῇ.

ad quem locum exstat Hermanni non certa emendatio, sed falsa correctio. Bio II. 7:

χὡ παῖς, ἀσχαλόων ἕνεκεν (vulg. ἕνεχ' οἱ) τέλος οὐδὲν ἀπάντη,
τὼς καλάμως ῥίψας πότ' ἀροτρέα πρέσβυν ἵκανεν.

Denique in Codice E. III. 1286:

χρίμψε δ' ἔπειτα κιών, παρὰ δ' ὄβριμον ἔγχος ἔπηξεν
ὀρθὸν ἐπ' οὐριάχῳ, κυνέην δ' ἀποκάτθετ' ἐρείσας.

est ἀποκάτθετ' ἀείρας, si fides est Brunckio.

Progredior ad Codicis Guelferbytani lectiones.

I. 59. Καινέα γὰρ ζωόν περ ἐπικλείουσιν ἀοιδοὶ
Κενταύροισιν ὀλέσθαι, ὅτε σφέας οἶος ἀπ' ἄλλων
ἤλασ' ἀριστήων.

Guelf. ὅτε σφόδρ' οἶος ἀπ' ἄλλων.

II. 575. τοὺς δ' ἐλάοντας ἔχε τρόμος.

Guelf. ἔχεν φόβος.

III. 576. — — — — — καὶ τότε βουλὰς
ἀμφ' αὐτοῖς Ζηνός τε μέγαν χόλον ἐφράσαθ' Ἥρη.

Guelf. βαρὺν χόλον.

IV. 196. — ἀτὰρ ὔμμες Ἀχαιΐδος οἷά τε πάσης
αὐτῶν θ' ὑμείων ἐσθλὴν ἐπαρωγὸν ἐοῦσαν
σώετε.

Guelf. Vat. 3:

— — — — — — οἷά τε πάσης
γαίης αὐτῶν θ' ὑμείων ἐπαρωγὸν, ἔσσαν σ.

IV. 709. Ζῆνα παλαμναίων τιμήορον ἱκεσιάων.

Guelf. ἱκεσίῃσι.

IV. 712. ἡ δ' εἴσω πελάνους μείλικτρά τε νηφαλίῃσι
καῖεν ἐπ' εὐχωλῇσι παρέστιος.

Guelf. μελίκρατά τε. „Utraque lectio proba, utraque elegans, utraque poeta digna.“ Piersoni haec sententia (ad Moer. p. 255.) ita converti debet, ut neutram difficultate carere fatearis. In sacrificiis, quae inferis diis vel mortuis expiandis ferebantur, una cum mulsis libatis aut placentae sacrificabantur (μελίκρατα καὶ πέμματα Heliodor. VI. p. 292), aut pecudes exsecatae (infra II. 596). An simul et placentas et pecudes mactaverint, nescio. Quod si non fiebat, μείλικτρα idem esse oportet quod μελίκρατα; sin fiebat, est pro pecudibus dictum. Utrumque dici potuisse nego. Quare μελίκρατα videtur unice vera lectio; sed comburi mulsa, non bene dicitur.

IV. 800. εἰσότε οἱ πρέσβειρα Θέμις κατέλεξεν ἕκαστα.

Ita Flor. Guelf. κατέλεξεν ἅπαντα est in ceteris.

IV. 810. ἀλλ' ἄγε, καὶ τινά τοι νημερτέα μῦθον ἐνίψω.

Guelf. θυμηδέα μῦθον.

IV. 1115. ᾗσιν ἐπιφροσύνῃσιν ἐποτρυνέουσα μιγῆναι.

Guelf. ἐφημοσύνῃσιν.

IV. 1243. πλημμυρὶς — μυχάτῃ ἐνέωσε τάχιστα ῥιῶνι.

In Guelf. esse ἐνέασεν ἄγεσθαι iam primo capite annotavimus.

IV. 1627. αὐτίκα δὲ Ζέφυρος μὲν ἐλώφεεν, ἤλυθε δ' αὔρη ἀργέσταο νότε· χήραντο δὲ θυμὸν ἰωῇ.

Flor. Guelf. πρυμνήταο νότε.

IV. 1279. παχνώθη κραδίη, χύτο δὲ χλόος ἀμφὶ παρειάς.

Guelf. χύτο καὶ χλόος. Ita transpositum καὶ saepius legitur, maxime cum praepositionibus coniunctum, ut I. 74. σὺν καὶ τρίτος ἦκεν Ὀϊλεύς. Theocr. VII. 2. σὺν καὶ τρίτος ἄμιν Ἀμύντας, in quo loco hodie peior lectio circumfertur, ignota Apollonio Dyscolo de Synt. 131, 30. de pronom. 312. C. Maneth. II. 82. σὺν καὶ χείρεσσι κάρηνα. Apoll. III. 115. ἐκ οἶον, μέτα καὶ Γανυμήδεα. Callim. in male tentato loco H. in Dian. 98. μέτα καὶ κύνες ἐσσεύοντο. ib. 166. ἐν καὶ χρυσείας ὑπολῃνίδας ἐπλήσαντο. Aratus 506. ἐν καὶ τόξον ἀγαυοῦ τοξευτῆρος. Oppian. Hal. I. 151. ἐν καὶ ὄνος κείνοις ἐναρίθμιος, quam veram lectionem a Cod. Palat. II, etiam a Sylburgiano oblatam ex aliis male turbavit Brunckius. Nicand. Ther. 946. ἐν καὶ μήκωνος νεαρῆς ὀπόν. Sed etiam aliis verbis postponitur καί. Dionys. Perieg. 538:

κεῖθι Μέλας καὶ κόλπος ἐφ' Ἑλλήσποντον ἵησιν
ἀφρὸν ἐρευγόμενος.

Manetho III. 1:

ὁππόσα καὶ κεραῆς συναφαῖς τεύχεσι σελήνης.

Diodorus V. (Anal. Vol. II. p. 186):

δείδια σόν τε φυῆς ἐρατὸν τύπον, ἠδὲ σὰ, κῦρε,
δήνεα, θεσπεσίης καὶ μένος ἠνορέης.

Epigr. adesp. CCCI:

δεῦρ' ἴδε, καὶ θάμβησον ὑπ' ὀφρύσι κείμενον οἶκτον,
καὶ θυμόν, βλεφάρων καὶ πυρόεσσαν ἴτυν.

Sed in Hesiodo Theog. legam καὶ Νυκτὸς δνοφερῆς. In Epigr. adesp. DCCXLI, quod in lapide ita scriptum est:

ἑπτὰ μόνους λυκάβαντας διω καὶ μῆνας ἔζησα,

pro ΔΙΩ fortasse scribendum ΕΓΩ.

IV. 1336. πολέων δέ τε μῆτις ἀρείων.

Guelf. ἀρίστη. Il. Η. 325.

Νέστωρ, οὗ καὶ πρόσθεν ἀρίστη φαίνετο βυλή.

IV. 1381. καὶ τήνδε πανατρεκὲς ἔκλυον ὀμφήν.

Guelf. αὐδήν. Odyss. Β. 297. ἐπεὶ θεοῦ ἔκλυον αὐδήν.

IV. 1452. ὡς δ' ὁπότε στεινὴν περὶ χηραμὸν εἰλίσσονται
γειομόροι μύρμηκες ὁμιλαδόν.

Guelf. γειοτόροι. Philippus Thessal. LXXIII:

βωλοτόμοι μύρμηκες, ὁ γῆς στρατός, ἡνίκ' ἐσύλων
γειομόρυ μελιχρὴν σμηνοδόκυ χάριτας.

Alia significatione usurpatum μύρμηξ simile habet epitheton apud Christodorum 225:

Εντελλος δὲ Δάρητος ἐναντίον ὄμμα τιταίνων
γυιοτόρυς μύρμηκας ἐμαίνετο χερσὶν ἐλίσσων.

IV. 1749. ὦ πόποι, ἦ μέγα δή σε καὶ ἀγλαὸν ἔμμορε κῦδος.

Guelf. ὦ πέπον, quae lectio satis est notabilis,

cum similis discrepantia Zenodotei et Aristarchei textus afferatur Schol. Ven. Il. *P.* 171. et, ni fallor, ad alium quoque Iliadis locum. Quod ὢ πόποι in nostro Homero blandum utique alloquium est, Grammaticis deberi videtur. cf. Hes. Theog. 559: *Τὸν δὲ μέγ' ὀχθήσας προςέφη νεφεληγερέτα Ζεύς· Ἰαπετιονίδη, πάντων πέρι μήδεα εἰδώς, Ὦ πέπον, ὐκ ἄρα πω δολίης ἐπιλήθεο τέχνης.*

Nolo plures huius Codicis insignes lectiones afferre, ne forte glossemata pro diversae recensionis lectionibus venditem. Haec enim compluria illic esse notavit I. Piersonus Verisim. p. 210. Etiam *γεύσαιτο* huc spectat in *γνώσαιτο* latens III. 801. quod qui ob vulgati *πάσαιτο* reprehensionem (vid. Schol. Flor.) illatum putet, eandem in *γεύσαιτο* cadere obliviscitur. Quae quanquam plerumque facile cognoscantur, interdum tamen vix certi quid statuas. Ut IV. 985:

ὐκ ἐθέλων ἐνέπω προτέρων ἔπος —

pro *ἔπος* Cod. Guelf. habet *λόγος*, quod quisque glossatori deberi fateretur, nisi similis locus esset Arati 637: *Ἄρτεμις ἱλήκοι! προτέρων λόγος, οἵ μιν ἔφαντο κ. τ. λ.* Ut maneat res dubia, etsi nominativus priori sententiae magis favere videatur. In posteriore recensione restituenda haec pariter cum illis ab Apollonio profectis lectionibus spernenda sunt: attamen perinde non est, an id ipsum, quod reiiciamus, Apollonii partus an nescio cuius librarii putandus sit.

Unius Codicis instar sunt Vaticani 1. 3. 4. in quibus hae paucae sunt insignes lectiones:

I. 1289. Τελαμῶνα δ' ἕλεν χόλος, ὧδέ τ' ἔειπεν.

Vat. 1. 3. 4. ἕλεν ἄχος.

III. 1244. Πέτρην θ' Αἱμονίην ἠ δενδρήεντα Γεραιστόν.

Vat. 1. 3. 4. πετρήεντα. Ostriferum Geraestum est Valerii Flacci I. 456.

IV. 316. εἰαμενῇσι δ' ἐν ἄσπετα πώεα λεῖπον.

Vat. 1. 2. 3. 4. ἄσπετα μῆλα λεῖπον. Voluerunt μῆλ' ἀπόλειπον.

Plura habet Vaticanus secundus.

I. 253. Αἴσων αὖ μέγα δή τι δυςάμμορος. ἦ τέ οἱ ἦεν βέλτερον, εἰ τοπάροιθεν ἐνὶ κτερέεσσιν ἐλυσθεὶς νειόθι γαίης κεῖτο.

Vat. 2.

Αἴσονα δ' αὖ μέγα μοῖρα δυςάμμορος ἤχθετο πάντων.
βέλτερον, εἰ τοπάροιθεν κ. τ. λ.

Similiter verbo omisso βέλτερον est Od. Z. 282:

βέλτερον, εἴ κ' αὐτή περ ἐποιχομένη πόσιν εὗρεν ἄλλοθεν.

cf. Il. Ξ. 81. Hom. H. in Merc. 170. Quint. Smyrn. X. 44. Ceterum exspectes Αἴσονι. Call. H. in Cer. 32. ἀλλ' ὅκα Τριοπίδαισιν ὁ δεξιὸς ἄχθετο δαίμων. De Vaticani Codicis lectionibus in I. 265. 587. supra locutus sum.

I. 537. οἱ δ' ὥςτ' ἠΐθεοι Φοίβῳ χορὸν ἢ ἐνὶ Πυθοῖ, ἤ πυ ἐν Ὀρτυγίῃ, ἢ ἐφ' ὕδασιν Ἰσμηνοῖο στησάμενοι, φόρμιγγος ὑπαὶ περὶ βωμὸν ὁμαρτῇ ἐμμελέως κραιπνοῖσι πέδον ῥήσσωσι πόδεσσι.

Vat. 2. a manu prima *περὶ βωμὸν ἐνισπῇ*; hoc quid sibi velit, nondum potui investigare.

I. 1058. — — — — αὐτὰρ ἔπειτα
τρὶς περὶ χαλκείοις σὺν τεύχεσι δινηθέντες
τύμβῳ ἐπεκτερέϊξαν ἐπειρήσαντό τ' ἀέθλων.

Vat. 2. et Ed. Flor. *δίχα τεύχεσι δ.* i. e. seorsum.

II. 238. τῶν δὲ κασιγνήτη, ὅτ' ἐνὶ Θρήκεσσιν ἄνασσον,
Κλειοπάτρη ἔδνοισιν ἐμὸν δόμον ἦκεν ἄκοιτις.

Vat. 2. et Ed. Flor. *κασιγνήτην — Κλειοπάτρην — ἦγον ἄκοιτιν.*

II. 1135. τὸν δ' αὖτ' Αἴσονος υἱὸς ἐπιφραδέως ἐρέεινε.

Vat. 2. *ἐπιφραδέως προςέειπε*, quod recurrebat vs. 1141.

III. 702. μή σφε κακῇ ὑπὸ κηρὶ διαῤῥαισθέντας ἰδέσθαι
λευγαλέως.

Vat. 2. *ἀργαλέως*.

Unam adiungo diversam lectionem ex margine quarti Vaticani. Is in primo libro vs. 161:

καὶ μὴν Ἀμφιδάμας Κηφεύς τ' ἴσαν Ἀρκαδίηθεν

Ἰφιδάμας affert, eandem lectionem, quam omnes libri tenent in Orphei Arg. 151. unde tamen nolo duplex nomen Arcadis herois statuere, sed potius agnosco frequentem utriusque nominis in Codicibus confusionem, quae est etiam in Il. Ψ. 87. Tryph. 181. Probabile hoc fit pluribus aliis locis, in quibus Amphidamantis memoria

iniicitur. Diversis rationibus eius origo traditur; nam in Apollonio haec est genealogia:

Aleus
|
Lycurgus, Amphidamas, Cepheus
|
Ancaeus

et eadem habet Pausanias VIII. 4. Aliter in Scholiis Ven. ad Nav. Catal. 110:

Amphidamas
|
Aleus (vel Lycurgus ad v. 116.)
|
Ancaeus
|
Agapenor.

Fratrem Ancaei Amphidamantem vocat Apollodorus III. 9. Sed ubique Amphidamas nominatur, non Iphidamas. Sic etiam in Catalogo Argonautarum apud Hygin. Fab. XIV. In solis Scholiis Ven. ad Il. Δ. 319. confusum nomen scio cum Hippomedontis nomine.

Hactenus de Codicum lectionibus.

CAPUT QUARTUM.

De Grammaticorum citationibus.

Raro a Grammaticis citatur Apollonius, qui cum delectum scriptorum sequerentur ab Aristophane factum, ex Alexandrinis solum Callimachum et Theocritum dignos iudicabant, quorum auctoritate in rebus grammaticis uterentur, illum ut Alexandrinorum grammaticorum principem et ut exemplum elegiaci poetae, hunc ut bucolici carminis auctorem; Apollonium et ceteros poetas Alexandrinos spernebant. Fortasse etiam Callimachi et Apollonii simultas fecit, ut magis despicerent Apollonium: Grammatici enim Alexandrini aut erant Callimachei aut pendebant a Callimacheis, siquidem vocandi sunt Callimachei Aristophanes et Aristarchus, Aristophanis discipulus. Quamobrem etiam a serioribus Grammaticis, ut ab Apollonio Dyscolo et ab Herodiano, nunquam citatum invenimus Apollonium Rhodium. Neque in iis Lexicis et Scholiis, quae Byzantino aevo conflata ad nostra tempora pervenerunt, nisi historiarum causa ab ullo alio

citatur Apollonius quam ab Etymologici Magni auctore, litteratissimo homine, qui delectum Alexandrinum spernens etiam ex minus claris scriptoribus rariora in suum opus contulit. *) Is frequentissime Apollonii locos exscripsit, etiam longiores, ex prioribus maxime libris, plerumque sine indicio Apolloniani nominis; in quibus citationibus magna passim est lectionum diversitas. Hanc eodem loco habendam iudico, quem Codicum discrepantiis assignavimus. Priorem Apollonii recensionem neque nos habemus neque habuit Etymologus, ut vel ex citatione loci II. 963. intelligi potest, quam in primo capite indicavimus. Sed ut plurimi nostrorum librorum, Etymologi quoque liber prioris editionis lectionibus interpolatus fuit. Unam *ἀπολάμπεται* et ex Scholiis et ex Etym. 697, 50. supra adduximus. Cetera nunc sequuntur.

I. 211. *Ζήτης αὖ Κάλαΐς τε Βορήϊοι υἷες ἵκοντο.*

Etym. 411, 5. *ἱκέσθην.*

I. 549. ——— *ἐπ' ἀκροτάτῃσι δὲ Νύμφαι*
Πηλιάδες κορυφῇσιν ἐθάμβεον εἰσορόωσαι.

---

*) De industria sua hoc ipse testimonium affert p. 417. l. 10: *καὶ μάλιστα πολλαῖς καὶ ἀνεικάστοις συμφοραῖς καὶ τῇ τῶν ἀναγκαίων πιεζόμενος σπάνει, ἀλλὰ τῷ τῶν λόγων ἀνθελκόμενος ἔρωτι οὐδ' ὅλως τοῖς ὀφθαλμοῖς ὕπνον δέδωκα, ὥστε καὶ αὐτὸς ὠφεληθῆναι τὰ μέγιστα καὶ τοῖς μετ' ἐμὲ καταλιπεῖν μνήμης ἄξιον.*

Etym. 479, 52. σκοπιῇσιν. cf. Orph. Arg. 371. Anthol. Gr. Vol. XIII. p. 656. Dorvill. ad Charit. p. 652.

I. 565. καδδ' αὐτῶ λίνα χεῦαν ἐπ' ἠλακάτην ἐρύσαντες.

Schol. Ven. ad Il. *Π.* 183: καὶ τὸ ὑπὲρ τὸ ἱστίον, ὅταν λέγῃ· καδδ' αὐτῶ λίνα χεῦον ἐπ' ἠλάκατα τανύσαντες. Quisnam id dixit? Excidisse nonnulla in Scholiis non est verisimile, cum raro citetur Apollonius. Igitur videtur Scholii auctor Apollonii versum pro Homerico habuisse. Ita plane, ut illic, citatur Etym. M. 424, 19.

I. 888. καί σε θεοὶ σὺν ἀπήμοσιν αὖτις ἑταίροις
χρύσειον βασιλῆϊ δέρος κομίσειαν ἄγοντα.

Etym. 122, 8: ἀπήρεσιν. Ad vulgatum cf. Hom. Od. *Κ.* 551:

οὐδὲ μὲν οὐδ' ἔνθεν περ ἀπήμονας ἦγον ἑταίρους.

I. 966. ἔνθ' οἵγ' Ἐκβασίῳ βωμὸν θέσαν Ἀπόλλωνι
στησάμενοι παρὰ θῖνα θυηπολίης τ' ἐμέλοντο.

Etym. 906, 33. εἱσάμενοι h. l., ponentes, quae significatio fere eadem est, quam in θέσαν iam legimus. Talis pleonasmus quanquum exemplis non careat, meliori στησάμενοι „stantes" merito cessit. στήσασθαι similiter positum II. 1172. Oppian. Cyneg. IV. 128. non debebat offendere Oppiani novissimum editorem.

I. 1035. μοῖραν ἀνέπλησεν· τὴν γὰρ θέμις οὔποτ' ἀλύξαι
θνητοῖσιν· πάντῃ γὰρ περὶ μέγα πέπταται ἕρκος.

Ita omnes libri praeter Caesareum, in quo est *πάντῃ περὶ γὰρ*, et E., in quo *πάντῃ γάρ τοι*. Praestantior videri potest Caesarei lectio, modo ita interpungas:

θνητοῖσιν πάντῃ· περὶ γὰρ μέγα πέπταται ἕρκος.

Sed praeferendum est quod ex Etymologico 16, 30. receperunt editores:

θνητοῖσιν· πάντῃ δὲ περὶ μέγα πέπταται ἕρκος.

Saepe enim coniunguntur *πάντῃ* et *περί*. Il. 567:

— — *πάντῃ δὲ περὶ μέγας ἔβρεμεν αἰθήρ.*

cf. Quint. Smyrn. II. 485. V. 36. VI. 354. XIII. 82. Similiter *ἀμφὶ* et *πάντῃ* Hesiod. Theog. 777. Dionys. Perieg. 596. Oppian. Cyneg. I. 335. 461. III. 273. Quint. V. 3. VI. 2. VII. 118. 717. X. 185. XIII. 2. 42. 75. 371. XIV. 571.

I. 1056. *Κύζικον ἐν κονίῃσι καὶ αἵματι πεπτηῶτα.*

Etym. 662, 49: *ἐν κονίῃ τε.* Theognis 1268:

ἡνίοχον κλαίει κείμενον ἐν κονίῃ.

Orpheus Argon. 568:

αἵματι καὶ κονίῃ πεπαλαγμένον.

Oppian. Hal. IV. 556:

δυριφάτυς κονίης τε καὶ αἵματος ἐξανελόντες.

Pluralis Homericus est. Il. *Ο*. 118. *Π*. 639. 796. Od. *Χ*. 383. Sed eiusmodi minutiores diversitates plerumque idcirco apponimus, quoniam omnes alicuius momenti lectiones Etymologici af-

ferre promisi, utpote quod non a quovis perlectum sit, neque facile perlegatur. Ad rem ipsam satis est monere, multa ex memoria citasse illius auctorem, ut ex aliorum scriptorum locis intelligitur, in quibus interdum similes Apollonianis habet diversitates. Quare in his ipsis ne graviora quidem priori editioni ubique tribuerim.

I. 1117. ἔσκε δέ τι στιβαρὸν στύπος ἀμπέλυ ἔντροφον ὕλῃ.

Etym. 228, 26. βριαρόν.

I. 1161. τειρόμενοι καὶ δὴ μετελώφεον.

Etym. 571, 13. τειρόμενοι καμάτῳ μετελώφεον.

I. 1250. αἶψα δ᾽ ἐρυσσάμενος μέγα φάσγανον ὦρτο νέεσθαι.

Etym. 273, 17. Suidas v. δίεσθαι: ὦρτο δίεσθαι.

II. 779. ἐμὲ δ᾽ εὗρε νέον χνοάοντα ἰόλυς.

Etymologi col. 813. v. 11. lectionem χνοάοντα παρειάς si novisset Hermannus, certe non protulisset inutilem coniecturam χνοάοντος ἰόλυ ad Orph. p. 733. Nostro similis est Oppianeus Cyneg. IV. 347:

ἥλικες εἰσέτι παῖδες ἔτι χνοάοντες ἰόλυς.

Hiatus in medio quinto pede admissus ex Homero notus esse potest.

II. 826. ὕψι μάλ᾽ ἐκ δονάκων ἀνεπάλμενος ἥρπασε μηρῷ αἴγδην, μέσσας δὲ σὺν ὀστέῳ ἶνας ἔκερσε.

Etym. 41, 29. μάσας δέ. Voluit fortasse πάσας.

II. 908. ᾧ ἐν ἀμειδήτυς ἀγίας εὐνάζετο νύκτας.

Etym. 82, 28. ηὐλίζετο.

III. 856. καυλοῖσιν διδύμοισιν ἐπήορον.

Etym. 551, 47. καυλοῖσιν διδύμοισι μετήορον.

IV. 511. — — — — — ἀλλ' ἀπέρυκεν
Ἥρη σμερδαλέησι κατ' αἰθέρος ἀστεροπῇσιν
ὕστατον· αὐτοὶ δ' αὖτε Κυταιΐδος ἤθεα γαίης
στύξαν ἀτυζόμενοι χόλον ἄγριον Αἰήταο.

Etym. 548, 37: δεῖ γάρ τε Κυταΐδος ἤθεα γαίης. Lege ἤδη γάρ τε.

Dispersas quasdam apud alios scriptores, Scholiographos maxime, lectiones non magis dignas habeo, quae in textum posterioris recensionis recipiantur. Ne tamen ideo neglexisse videar, quae, quanquam non semper, semel tamen Apollonio placuerunt, apponam hoc loco, quaecunque id genus novi.

I. 59. Καινέα γὰρ ζωόν περ ἐπικλείουσιν ἀοιδοὶ
Κενταύροισιν ὀλέσθαι, ὅτε σφέας οἶος ἀπ' ἄλλων
ἤλασ' ἀριστήων.

Schol. Ven. ad Il. Α. 264. Καινέα γὰρ δὴ πρόσθεν.

I. 95. Πηλεὺς δὲ Φθίῃ ἔνι δώματα ναῖε λιασθείς.

Schol. Pind. Nem. V. 25:

Πηλεὺς δ' ἐν Φθίῃ ἐριβώλακι ναῖε λιασθείς.

Similiter in Argonautarum Catalogo Orpheus 132. de Peleo:

ὃς Δολόπεσσιν ἄνασσεν ἐνὶ Φθίῃ ἐριβώλῳ.

I. 155. ῥηϊδίως καὶ νέρθε κατὰ χθονὸς αὐγάζεσθαι.

Quod vetus commentator affert ad Aristoph. Plut. 210. *νέρθεν ὑπὸ χθονὸς*, huic potius quam poetae tribuo.

I. 128. 129. *ταῦρον ἐνὶ πρώτῃσι Μυκηναίων ἀγορῇσι δεσμοῖς ἁλλόμενον μεγάλων ἀπεθήκατο νώτων.*

Aliam lectionem *ἀπεσείσατο νώτων* in Simplicio Taurinensi latentem eruit Amad. Peyron. in Empedocleis p. 16. non sine applausu excepit Schaeferus praef. ad Apoll. p. XIII. sqq. Scholia, quae de insigni Herculis vi verbo *ἀπεθήκατο* indicata loquuntur, an legerint *ἀπεσείσατο*, non solum ob librorum consensum, sed ob ipsam etiam rem dubito. Quidni hoc quoque eximii roboris est, bovis ingentis vim adeo continere magnamque molem ita regere, ut non uno iactu gravissimum onus in humum concidat, sed ut minus molestum sensim deponatur? Ut libere proferamus nostram sententiam, ineptum videtur *ἀπεσείσατο*. Rem, quae aut cadendo non laeditur, aut, si laeditur, nihil refert, abiicimus, non bestiam, quae humum proiecta violatur et quam violari non vult is, qui cepit et captu gaudens domum fert. Apte, quod hic malum est ideoque ab Apollonio merito in postera editione repudiabatur, usurpavit Nonnus XI. 217. de bove Ampelum abiiciente:

ἡβητὴν προκάρηνον ἑῶν ἀπεσείσατο νώτων.

Verum ne etiam priori Apollonii editioni istam lectionem abiudices, notandum, verbum *ἀποσείσασθαι* a serioribus poetis nonnunquam ibi

quoque usurpari, ubi parum aptum est. Ut Nonnus X. 364. de ipso Baccho cum Ampelo iocante: ἀπεσείσατο φόρτον ἔρωτος. atque iterum XLVIII. 145. de Baccho ludibundo:

χειρὶ δὲ φειδομένη βριαρὴν ἀπεσείσατο κούρην.

Similiter et hoc et gemina verba de partu dicuntur. Ἀποσείσεται ἀκλέα παῖδα est Maximi 156. ῥίψασα ἄχθος eiusdem 199. βρέφος ἐκπροβάλησι 240. ὠδίνων ἄχθος ἀπωσαμένη Philippi Thessal. LXVI. μεγάλας ὠδῖνας ἐλάσσατο Orph. Hymn. XLIV. 4. Has seriorum poetarum delicias repudiarunt Alexandrini, ex quibus nihil eiusmodi memoria teneo; quod male antea irrepserat, idcirco delevit Apollonius substituitque a Callimacheis certe non improbandum ἀπεθήκατο. Callimachus H. in Iov. 15:

ἔνθα σ' ἐπεὶ μήτηρ μεγάλων ἀπεθήκατο κόλπων.

Ex Etymologico Ms. Ruhnkenius Epist. crit. p. 279. ed. noviss. hos versus attulit:

Οὐδ' ἵπποι ὀρθριναὶ κατὰ (leg. ἀνὰ) κλισίας χρεμέθεσκον,
ἀλλὰ βόες πλήρεσσι κατευνάζουσι (f. παρευν.) κάπησιν.
νηυσὶ δὲ πρηκτὰ κέλευθα Χελιδονίης ἀπὸ πέτρης
Πληγάδας ἀξείνους, καὶ ὄπου Φινήϊα δόρπα.
Ἅρπυιαι ἄπληστον ἐπὶ ψῶαν πνείεσκον.

Quos versus plane silentio transmitterem, nisi quartum ut Apollonii laudaret Tzetzes ad Lycophr. 1285. Qui error — est enim error —, cum Tzetzae editiones corruptione vacare videantur, ipsius Tzetzae inscitiae tribuendus est. Quod enim

Argonautae — de aliis ista res dici vix potuit — ex Lycia profecti (nam ibi sunt Chelidoniae petrae. Dionys. Perieg. 128. 506. Quint. Smyrn. III. 234. Cellar. Geogr. ant. Vol. II. p. 223. sq.) ad Symplegades navigarint ibique invenerint Phineum, a quo mittuntur in postera Apollonii editione ad Symplegades, hoc fuisse in priore editione, igitur plane aliena ab iis quae postea copiose narravit: alius credat, ego non credam. Neque, si post tertium versum alius excidit, quod non est verisimile, difficultas illa de Phineo excitata evanescit. Ex Geographo aliquo locus depromptus videtur, in quo istae rupes ut extremi fines maris Aegaei indicabantur. cf. Diodor. XII. 3. 4. Plutarch. Cimon. 13. Ruhnkenium autem, qui sine ulla offensione hos versus Apollonio addicere potuerit, satis mirari nequeo; verum in iis omnibus, quae de duplici recensione, ut in ceteris plurimis, quae de Apollonio disputat, mirifice fallitur.

Sed finis imponendus est huic capiti et universae de duplice recensione disputationi. Ego his omnibus, quae hactenus dixi, hoc saltem demonstratum esse spero, cum ex duabus recensionibus ab Apollonio institutis posteriorem esse, quam hodie habemus, perspicuis veterum testimoniis constet, interpolatos versus, qui nostrum textum deforment, probabiliter alterius i. e. prioris esse recensionis; deinde insignes, quas plurimi libri multis in locis offerant, vulgatae lectionis diversitates priori recensioni im-

putandas esse, ideoque a posterioris restitutore omnes excludendas: non minus reiiciendas esse similes diversitates, quae Grammaticorum ex libris erui possint. En praecepta, quae nostram rationem in dissentientibus libris regere debeant, singula spectanti nonnunquam fortasse reprehensionem expertura, in universum, ut auguror, satis firma. Verum tacent nonnunquam illa oracula: tum ingenio opus est neque superstitiose venerante librorum apices, neque verisimilitudinis fines temere superante. Huiusque praesidio quomodo pluribus poetae locis genuinus sensus restituendus sit temporum iniuria egregie interdum obscuratus, in sequente capite demonstrare in animo est.

CAPUT QUINTUM.

Coniecturis emendatur Apollonius.

I. 332. *Ἄλλα μὲν, ὅσσα τε νηῒ ἐφοπλίσσασθαι ἔοικεν,
πάντα γὰρ εὖ κατὰ κόσμον ἐπαρτέα κεῖται ἰοῦσι.
τῷ οὐκ ἂν δηναιὸν ἐχοίμεθα, τοῖο ἕκητι,
ναυτιλίης, ὅτε μοῦνον ἐπιπνεύσωσιν ἀῆται.*

Quoniam primus versus sensu caret, nisi quocunque modo coniunctio cum secundo efficiatur, pro *πάντα γὰρ* Huetius rescripsit *πάντα μάλ'*, quae correctio in omnes postea editiones transiit. Verum sic quoque manet difficultas, si verbum *ἄλλα* accuratius inspicimus. „Ceteris omnibus navis instructa est; quare proficiscendum, sicubi aspiraverint venti.“ Quae sunt ista cetera? Si totam spectamus periodum, ad aliam rem nullam referri poterunt, quam ad ventorum flatum. Is autem a diis mittitur, non una cum navi apparatur. Quod autem postea duce opus esse sociis exponit Iaso, neque, si verba premere volumus, ad navis apparatum dux pertinet, et, si hunc *τοῖς ἄλλοις* oppositum esse statuimus,

satis gravis enunciatio vs. 334. sq. pro parenthesi accipienda erit. Quamobrem ut nolo plane reiicere Huetii correctionem, ita melior videtur alia:

Ἄρσαμεν, ὅσσα τε νηῒ ἐφοπλίσσασθαι ἔοικεν·
πάντα γὰρ εὖ κατὰ κόσμον ἐπαρτέα κεῖται ἴϋσι. –

„Quod navis instructio postulabat, curavimus; omnia enim parata apparent."

I. 516. *οὐδ' ἐπὶ δὴν μετέπειτα κερασσάμενοι Διῒ λοιβάς,*
ἣ θέμις ἐστί, τέως ἐπί τε γλώσσῃσι χέοντο
αἰθομέναις, ὕπνου δὲ διὰ κνέφας ἐμνώοντο.

Fueritne *θέμις* Iovi linguas sacrificare, nescio; quod postea Mercurio inprimis debebatur (Hemst. ad Aristoph. Plut. 1111.), Homericis certe temporibus omnibus diis tribuebatur, *Ποσειδάωνι καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισιν* Odyss. *γ*. 333. Quam rem cum in Homeri imitatore unice spectare debeamus, suspectum fit verbum *Διΐ*. Verum consideremus sequentia. *Τέως* duas habet significationes; primum est interea, quae significatio huius loci sensui repugnat, deinde paullisper, quam huc afferre adeo ineptum est, ut de hoc nemo cogitare possit. Quod Beckius vertit: „TUM libamina linguis affuderunt," solus Beckius docendus erit, neque *τέως* idem significare posse, quod *ἔπειτα*, neque *τε* particulam esse expletivam. Quae cum ita sint, revocato vulgato *δή*, cui *Διΐ* substituit ex libris so-

lus Vaticanus quartus a secunda manu, ita locum restituendum iudico:

> ὐδ' ἐπὶ δὴν μετέπειτα κερασσάμενοι δὴ λοιβάς,
> ᾗ θέμις ἐστὶ, θεοῖς, ἐπί τε γλώσσῃσι χέοντο
> αἰθομέναις, ὕπνυ δὲ διὰ κνέφας ἐμνώοντο.

„Paullo post diis libamina miscuerunt linguisque infuderunt." Rarum anacoluthon, quo participium verbi finiti vice adhibuit poeta, ansam corrumpendi loci dedit librariis. Similiter Il. *Γ*. 80:

> τῷ δ' ἐπετοξάζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ,
> ἰοῖσίν τε τιτυσκόμενοι, λάεσσί τ' ἔβαλλον.

cf. Herm. ad Viger. p. 772. — Longe postpositum *δή* non debet offendere. Il. *Ω*. 243:

> ῥηΐτεροι γὰρ μᾶλλον Ἀχαιοῖσιν δὴ ἔσεσθε,
> κείνυ τεθνηῶτος, ἐναιρέμεν.

I. 653. *Λημνιάδες δὲ γυναῖκες ἀνὰ πτόλιν ἵζον ἴυσαι εἰς ἀγορήν.*

„In urbe consederunt, confluentes in coetum" Hartungus. Sed melius sensui consultum est hac Beckii interpretatione: „Lemniae vero mulieres per urbem CONSESSURAE IVERUNT." Nos Homericam locutionem poetae restituimus. Scripsit Apollonius:

> Λημνιάδες δὲ γυναῖκες ἀνὰ πτόλιν ἷξον ἴυσαι.

Il. *Κ*. 470: *αἶψα δ' ἐπὶ Θρῃκῶν ἀνδρῶν τέλος ἷξον ἰόντες*. *Ψ*. 38: *κλισίην Ἀγαμέμνονος ἷξον ἰόντες*. Eadem ratione Theocriteum locum XXV. 84. emendavit Valckenarius.

I. 671. *τῇ καὶ παρθενικαὶ πίσυρες σχεδὸν ἑδριόωντο, ἀδμῆτες, λευκῇσιν ἐπιχνοάυσαι ἐθείραις.*

Candidos crines senum esse vere observavit Brunckius; ut crederemus, ξανθὰς ἐθείρας apte puellis tribui, neque Brunckio opus erat, neque Bernardo ad Theoph. Nonn. c. 2. p. 25. sq. et Locella ad Xen. Ephes. p. 135. sq.; Apollonii manum se restituisse, cum ξανθῇσιν in textum reciperet, nemini persuasurus erat Brunckius. Scripsit Apollonius:

τῇ καὶ παρθενικαὶ πίσυρες σχεδὸν ἑδριόωντο,
ἀδμῆτες, λευρῇσιν ἐπιχνοάουσαι ἐθείραις.

„puellae laevibus i. e. digestis crinibus pubescentes.“

II. 344. μὴ τλῆτ' οἰωνοῖο πάρεξ ἔτι νηΐ περῆσαι.

Lege: ἐπὶ νηΐ.

II. 458. πρὶν γὰρ δὴν ὑπό τ' αὐτὸς ἀριστήων στόλον ἀνδρῶν
Ἑλλάδος ἐξανιόντα μετὰ πτόλιν Αἰήταο
πείσματ' ἂν ἅψασθαι μυθήσατο Θυνίδι γαίῃ.

Hoc loco τε non modo Beckio, sed ceteris quoque editoribus expletiva fuit particula. Scribendum:

πρὶν γὰρ δή νύ ποτ' αὐτὸς ἀριστήων στόλον ἀνδρῶν.

Il. T. 95. καὶ γὰρ δή νύ ποτε Ζῆν' ἄσατο.

II. 1042. — — — — — — ἐκ δὲ φαάνθη
ἄλλος ἐπὶ προτέρῳ πεποτημένος· ἀλλά μιν ἥρως
Εὐρυτίδης Κλύτιος — πρὸ γὰρ ἀγκύλα τείνατο τόξα —
ἧκεν ἐπ' οἰωνὸν ταχινὸν βέλος, αὐτὰρ ἔπειτα
πλῆξεν.

Pronomen μιν, quod substantivo βέλος praecurrit,

non debebat adeo offendere Brunckium, ut corrigeret ἀλλὰ μέν, quod neque hic neque alio quoquam loco dici potest. Nam cum μὲν restringat dictionem, cui apponitur, quomodo restringi potest particula, quae alii rei nulli quam coniungendis enuntiationibus inserviat? In Homerico enim ἀτὰρ μὲν aliam habet significationem μὲν, quam hoc loco habere potest. Sane otiosum est μιν, sed ferendum, nisi alia sunt, quae correctionem iubeant. Atque perinde ἧκεν, quod vulgato ἧκε δ' Brunckius substituit ex quatuor Parisinis, hoc est ex uno Codice, recens acceptum locum tenebit. Verum maxima nascitur difficultas, si interposita verba πρὸ γὰρ ἀγκύλα τείνατο τόξα accuratius consideres, quae non solum otiosa, sed etiam inepta sunt. Nam si sagittam dimisit Clytius, sponte intelligitur arcum tetendisse. In factorum consecutione haec quoque dici potuerunt, sed ut hic tanquam causa sequentium particula γὰρ illata minimé sunt ferenda. Verum et istae ineptiae et otiosum μιν et non idonea auctoritate nixum ἧκεν evanescent, si ita scripsisse statuamus Apollonium:

— — — — — — ἀλλ' ὁ μὲν ἥρως
Εὐρυτίδης Κλύτιος πρόπαρ ἀγκύλα τείνατο τόξα,
ἧκε δ' ἐπ' οἰωνὸν ταχινὸν βέλος, αὐτὰρ ἔπειτα
πλῆξεν.

III. 158. *βῆ δὲ διὲκ μεγάροιο Διὸς πάγκαρπον ἀλωήν.*

„ibat per aedes in Iovis hortum.“ In hac versione imperfecte tantum interpretamur διέκ, quod

cum genitivo coniunctum non modo motum per aliquod spatium, sed simul magis etiam motum ex spatio significat. Igitur si *διὲκ μεγάροιο* Cupido ivisse dicitur, et peragrasse domum et reliquisse, in qua fuisset antea, narratur. Attamen non fuerat antea in domo, sed in ipsa *ἀλωῇ*. cf. vs. 116. in quam proinde non erat proficiscendum. Quare scripsisse suspicor Apollonium:

βῆ δὲ διὲκ μεγάλοιο Διὸς πάγκαρπον ἀλωήν.

Fateor *μεγάλοιο*, ut Iovis epithetum, nullam h. l. vim habere, sed aliud corrupti loci remedium vix poterit reperiri. Atque itidem otiosum est Il. *B*. 134:

ἐννέα δὴ βεβάασι Διὸς μεγάλου ἐνιαυτοί.

III. 247. de Aeetae *δόμοις*:

τοὺς δ' ἔχον ἀμφίπολοί τε, καὶ Αἰήταο θύγατρες
ἄμφω, Χαλκιόπη Μήδειά τε. ἡ μὲν ἄρ' ᾔει
ἐκ θαλάμου θάλαμόνδε κασιγνήτην μετιοῦσα.
Ἥρη γάρ μιν ἔρυκε δόμῳ· πρὶν δ' οὔτι θάμιζεν
ἐν μεγάροις, Ἑκάτης δὲ πανήμερον ἀμφεπονεῖτο
νηόν.

Pro vulgata lectione in secundo versu *τῇ μὲν ἄρ' οἵγε* offerunt B. Med. Guelf. *τὴν μὲν ἄρ' οἵγε* Flor. Caes. Vat. 1. 3. 4. Deinde *μετιοῦσαν* Flor. Med. Caes. Vat. 1. 3. Levem hanc diversitatem lectionis ita explicat Brunckius, ut secundo versui nunc deperditus versus adnexus fuerit, in quo *ἐνόησαν, ἴδον* aut simile verbum fuerit ad Argonautas relatum. Nolim urgere, quid praeterea ad explendum versum adiici po-

tuerit, difficile esse intellectu: ad ineptiam, quae tum in Apollonio fuisset, provocamus lectorem. Priora narraverat poeta ad ipsam rem intento animo; ista autem vidisse Argonautas parum referebat. Haec ad Brunckium. Aliam rationem inivit Hermannus ad Orph. p. 733. Cui viro cum apertum sit, verba Ἥρη γάρ μιν ἔρυκε δόμῳ neque cum antecedentibus vs. 248. sq. neque cum consequentibus πρὶν δ' ἔτι θάμιζεν, quibus praeponenda potius quam postponenda fuissent, ullo modo cohaerere, molesta ista verba ex priore editione intrusa posterioris genuina loco suo demovisse arbitratur. Nobis cum non itidem apertum sit, aliter de hoc loco statuendum videtur. Hoc voluit Apollonius et, ni fallor, satis perspicue expressit: „Medea in domo ambulabat sororem quaereus; nam in domo tum retenta fuit a Iunone, quanquam alias saepius extrinsecus quam intus versabatur." Iam transpone verba, ut facere debuit Apollonius ex Hermanni sententia; tum, quod nunc antecedit et antecedit necessario, dempta consecutione denuo suppleri oportebit: Medea in domo ambulabat sororem quaerens; alias raro domi fuit, sed (int. tum fuit domi, quia) Iuno eam domi retinuit. Verum longus sum, ubi non fuit opus, cum his, ut pluribus, quae in isto libro attigit, vir praestantissimus defunctoriam operam dederit. Patet in vulgata lectione satis bonum esse sensum; attamen ingratus hiatus et multo magis Codicum diversitates ad eam nos ducunt

sententiam, ut adhuc leviter corruptum locum esse censeamus. Apollonius ita scripsit:

ἄμφω, Χαλκιόπη Μήδειά τε. βῆ μὲν ἄρ' ἦγε
ἐκ θαλάμου θάλαμόνδε κασιγνήτην μετιοῦσα.

IV. 288. De Istro in Rhipaeis montibus orto:

ἀλλ' ὁπόταν Θρηκῶν Σκυθέων τ' ἐπιβήσεται οὔρους,
ἔνθα διχῆ τὸ μὲν ἔνθα μετ' Ἰονίην ἅλα βάλλει
τῇδ' ὕδωρ, τὸ δ' ὄπισθε βαθὺν διὰ κόλπον ἵησι
σχιζόμενος πόντου Τρινακρίου εἰσανέχοντα.

„In duo brachia dividitur Ister. Alterum in Adriaticum mare effluit, in Ionium alterum." Quomodo hoc dicere potuit auctor? Ponto Euxino inferri alterum brachium, in quod profecti sunt Argonautae, ex sequentibus intelligitur. Ionium autem mare ut diversum nomine re idem possit esse cum Ponto Euxino, tantum abest, ut potius cum Adriatico mari, cui adiaceat, saepius commutetur ab antiquis scriptoribus. Insignis difficultas neminem advertit nisi Flanginium, qui cum probe intelligeret, de solo Ponto Euxino hoc loco cogitari posse, coniecit μετ' Ἀξείνην ἅλα, bonam ad sensum coniecturam, sed ex scripturae rationibus omni verisimilitudine destitutam. Igitur corruptum locum emendandum esse sine dubitatione pronuntiarem, nisi difficultatem augeret alius in proximis locus, qui ne Flanginium quidem offendit. Est is IV. 305. sqq. ubi de Colchis Absyrto duce ad Istrum tendentibus ita loquitur:

ἄλλοι δ' αὖ ποταμὸν μετεκίαθον, οἷσιν ἄνασσεν
Ἄψυρτος, Καλὸν δὲ διὰ στόμα πεῖρε λιασθείς.

τῷ καὶ ὑπέφθη τέςγε βαλὼν ὑπὲρ αὐχένα γαίης
κόλπον ἔσω πόντοιο πανέσχατον Ἰονίοιο.

Rursus Ionium Euxinum pontum vocasse videtur. Quae res tam est incredibilis, ut, quanquam duobus locis omnium Codicum consensu firmata tamen utroque loco quavis alia potius ratione exstirpanda sit, quam tantum vitium poetae relinquendum. Quamobrem, usquedum meliora alius obtulerit, hanc eruditis propono coniecturam, eadem ratione utrumque locum corrigendum esse, ἠῴην scribendo in altero, in altero ἠῴῃ. Ἠῷος πόντος, qui Indicus est Dionysio Perieg. 37. 1163. et proinde etiam 588, Euxinus est Apollonio II. 745. ubi de Acheronte loquitur:

ὅςτε διὲξ ἄκρης ἀνερεύγεται εἰς ἅλα βάλλων
ἠῴην.

Ibi Florentina editio et Vatic. 1. 4. ἠοίην praebent, reiiciendum illud in Apollonio, qui in illo quoque verbo non Homericam praefert et ionicam formam, sed vulgarem et atticam, sed quod verisimiliorem faciat nostram in hoc loco coniecturam. Ἠοίην si fuit in libris, indocti librarii non adeo vero absimili lapsu potius Ἰονίην substituerunt.

IV. 599. ἡμιδαὴς Φαέθων πέσεν ἅρματος Ἠελίοιο
λίμνης ἐς προχοὰς πολυβενθέος.

Ex Homero notum est λιμένος πολυβενθέος Il. Α. 432. Od. Κ. 125. Π. 324. 352. ἁλὸς πολυβενθέος Od. Δ. 406; igitur in Apollonii loco non

impugnarem, si satis firmatum esset librorum auctoritate. Sed cum in libris omnibus sit πολυανθέος, corruptum verbum, in sola Florentina editione πολυβενθέος, ut id primi editoris correctioni tribuendum videatur, nescio an scripserit Apollonius:

λίμνης ἐς προχοὰς πολυχανδέος.

λίμνη πολυχανδὴς est in Nonno XXXIV. 257.

CAPUT SEXTUM.

De poetarum imitatione.

Id genus poetarum, in quo nostra cura versatur, cum non suo ipsius ingenio, sed aliorum exemplo ad scribenda carmina adductum esset, ei, qui criticam artem ad illorum emendationem transferat, non modo id spectandum est, quid ex accurata ipsius auctoris cognitione ad illam rem perficiendam profici possit, sed etiam quid ex eorum, quos sibi imitandos proposuerit. Sed ut omnibus poetis, qui heroico versu utebantur, ita iis maxime, qui rem tractabant heroicam, unus omnium exemplo fuit Homerus. Quid ex hoc ad imitatorum emendationem profici possit, in Quinto Smyrnaeo luculente docuit Laur. Rhodomannus. Quidni igitur eadem ratio ad Apollonium quoque cum fructu adhibeatur? Qui etsi non adeo stultus fuit imitator, ut exscriptis totis versibus et hemistichiis centonem magis quam carmen conficeret, quod vitium nonnunquam in Quintum cadit ob eam ipsam rem sae-

pius, quam poterit Apollonius, ex Homero persanatum persanandumque, plerumque tamen satis perspicua praebet vestigia imitationis. In his quod Homericum est videtur restituendum esse. Quamobrem in ipso carminis principio:

Ἀρχόμενος σέο, Φοῖβε, παλαιγενέων κλέα φωτῶν
μνήσομαι.

quid vetat ne recipiamus id quod in Homero legitur *κλέα ἀνδρῶν* Il. *I*. 189. 524. Od. *Θ*. 73. et posuit auctor Theocriteorum XVI. 2. ob hiatum repudiatum Christodoro 378; ob alias fortasse rationes auctori Homerici Hymni XXXII. 18; at quamobrem Homeri imitatori Apollonio? Atque hoc ipsum *ἀνδρῶν* clare exhibetur in textu Codicis A., in marginem reiecto vulgato *φωτῶν*. (Schaefer praef. p. VI.) Deinde in I. 1026:

σὺν δ' ἔλασαν μελίας τε καὶ ἀσπίδας ἀλλήλοισιν.

ex Homero scribendum videtur *σὺν δ' ἔβαλον*. Il. *Δ*. 447:

σύν ῥ' ἔβαλον ῥινούς, σὺν δ' ἔγχεα καὶ μένε' ἀνδρῶν.

III. 964. γούνατα δ' οὔτ' ὀπίσω οὔτε προπάροιθεν ἀεῖραι
ἔσθενεν.

Homericum est et minus obvium *προπρηνές*. Il. *Γ*. 218:

σκῆπτρον δ' οὔτ' ὀπίσω οὔτε προπρηνὲς ἐνώμα.

Ac quid vetat, ne IV. 760. pro

κείνης γὰρ χρειώ με κιχάνεται

minime audaci correctione reponamus:

κείνης δὲ χρειὼ ἔμ' ἱκάνεται?

Il. *K.* 118. χρειὼ γὰρ ἱκάνεται οὐκέτ' ἀνεκτός. denique IV. 347:

εἴςοκε τις δικάσῃσι θεμιστοπόλων βασιλήων.

ex Hom. H. in Cer. 103. et Hesiodi fragm. 77. 79. scribi possit θεμιστούχων?

Sed cave haec et similia moliaris. Nam primum quidem ex prioribus huius libri capitibus manifestum est, eam esse Codicum Apollonii rationem, ut tales mutationes, quales sunt ἔλασαν pro ἔβαλον, προπρηνὲς pro προπάροιθεν prorsus sint explodendae. De κλέα φωτῶν et κλέα ἀνδρῶν idem valet; quod in uno Codice A. est ἀνδρῶν neque in ceteris Parisinis, interpretationi deberi istam lectionem arguit. Iam si semel vel bis ab Homeri exemplo sine necessitate deflexit Apollonius, quidni id etiam saepius fecisse videatur? Ac fecisse hoc eum, alia nobis ratio persuadet. Isti enim poetae, etiamsi fuerunt imitatores, tamen videri imitatores noluerunt. Quare cum Homericum versum vel hemistichium exscripserunt, mutato uno duobusve verbis furtum obtegere studebant. Ex Apollonio, qui, ut dixi, raro describebat longiores locutiones, ea res probari non potest; sed ex Quinto tantum quantum satis est exemplorum afferam. Nolo talia afferre, quae fortasse metri gratia mutavit, ut II. 68. φυγοπτόλεμος καὶ ἄναλκις pro ἀπτόλεμος καὶ ἄναλκις Il. *B.* 201. neque talia, quae etsi metro adaptari possent, aegre tamen possent, ut VI. 621:

οὐδ' εἴ μοι στέρνοισι σιδήρεον ἦτορ ἐνείη.

in quo versu cum respiceret Il. *B*. 490:

φωνὴ δ' ἄῤῥηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.

potuit scribere:

οὐδ' εἴ μοι στέρνοις χαλκήϊον ἦτορ ἐνείη.

vel:

οὐδ' εἰ χάλκεον ἦτορ ἐμοὶ στήθεσσιν ἐνείη.

Sed sunt alia, quae aperte mutavit, ne imitationis speciem haberet.

Il. *B*. 462:

ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι.

Od. *B*. 149:

πλησίω ἀλλήλοισι τιταινόμενοι πτερύγεσσιν.

Neutrum suum fecit Quintus, sed scripsit III. 641:

οἰωνοί τε θοῇσι διεσσύμεναι πτερύγεσσι.

Il. *E*. 50:

Ἀτρεΐδης Μενέλαος ἕλ' ἔγχεϊ ὀξυόεντι.

Eadem locutio etiam *N*. 584. *O*. 536. 742. lecta minime cum Herm. ad Orph. p. 740. Quinto est obtrudenda pro suo *ἔγχεϊ ὀκρυόεντι* I. 257. VI. 553.

Il. *N*. 396: *Ἀντίλοχος μενεχάρμης*. Hinc habet Quintus IV. 538. *Εὐρύπυλον μενεχάρμην*. VIII. 43. *Ἀριστόλοχον μενεχάρμην*. Sed IV. 502. VII. 511. *Εὐρύπυλον θρασυχάρμην*.

Il. *Π*. 290:

κάππεσεν οἰμώξας· ἕταροι δέ μιν ἀμφεφόβηθεν.

Quintus II. 546:

γαῖα δ' ἐπεσμαράγησε καὶ ἀμφεφόβηθεν ἑταῖροι.

Il. *Π*. 320:

Ἀντιλόχῳ ἐπόρουσε κασιγνήτοιο χολωθείς.

Quintus II. 294:

Νέστορος ὄβριμος υἱὸς ἀδελφειοῖο χολωθείς.

Il. *Π*. 776:

κεῖτο μέγας μεγαλωστί, λελασμένος ἱπποσυνάων.

cf. Tryphiod. 617 — 629. Quintus III. 390:

δὴ τότ' ἐνὶ κλισίῃσι λελασμένος ἐγχειάων
κεῖτο.

In eadem locutione *ἀφροσυνάων* posuit I. 754. *ἰωχμοῖο* III. 379.

Il. *Π*. 853:

ἄγχι παρέστηκεν θάνατος καὶ Μοῖρα κραταιή.

Quintus *I*. 104:

— — — — — — ἦ νύ τοι ἄγχι
ἕστηκεν θανάτοιο τέλος καὶ δαίμονος αἶσα.

Il. *Φ*. 146:

Ξάνθος, ἐπεὶ κεχόλωτο δαϊκταμένων αἰζηῶν.

Quintus III. 31:

ὡς ἴδεν ἄσπετα φῦλα δαϊκταμένων ἡρώων.

Od. *B*. 175:

ἄγνωστον πάντεσσιν ἐεικοστῷ ἐνιαυτῷ
οἴκαδ' ἐλεύσεσθαι.

Quintus I. 87:

τηλόθε νοστήσασαν ἐεικοστῷ λυκάβαντι.

Od. *Δ*. 187:

μνήσατο γὰρ κατὰ θυμὸν ἀμύμονος Ἀντιλόχοιο.

Quintus III. 517:

μνησάμενος σφοῦ παιδὸς ἐΰφρονος Ἀντιλόχοιο.

Od. *Γ*. 487:

δύσετό τ' ἠέλιος σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί.

Quintus V. 346:

ἠέλιος δ᾽ ἀπόρουσεν, ἐπεσκιόωντο δ᾽ ἀλωαί.

Od. *I.* 200:

— — *ᾤκει γὰρ ἐν ἄλσεϊ δενδρήεντι.*

cf. Bion. II. 2. Quintus III. 325:

λάβρον ἐπιβρίσαντες ἐπ᾽ ἄλσεα ὑλήεντα.

ubi *δενδρήεντα* reponendum videbatur Hermanno. XIII. 395:

ἀλλ᾽ ὥσπερ ξύλον αὖον ἐν οὔρεϊ ὑλήεντι.

Similiter Orpheus Quinto debere hemistichium (III. 104. Arg. 641.) quam Homero verba maluit. In Homero est Il. *Λ.* 495:

— *πολλὸν δέ τ᾽ ἀφυσγετὸν εἰς ἅλα βάλλει.*

In Orph. Arg. 166:

Πηνειὸς μίσγων ξυνὸν ῥόον εἰς ἅλα πέμπει.

1056:

τόν ῥα πλημμύρουσα διὰ χθονὸς εἰς ἅλα πέμπει.

Eandem rem reperimus in Cynegeticorum auctore, Is II. 206. scripsit:

ἀλλ᾽ ὅτε δὴ μετόπισθε περιπλομένῃσι σελήναις
θηλυτέρῃ τίκτει, τρίβον ἀνθρώπων ἀλεείνει.

cum in Homero sit Il. *Z.* 202:

ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Possent plura afferri, sed his videtur satis provisum esse, ut voluisse poetas Homerica immutata dare appareat. Quodsi illi seriores, Quintus maxime, mutandis verbis imitationis crimen vitabant: quid Apollonius, qui multo magis ca-

vere deberet, ne videretur κοκκύζειν πρὸς τὸν Χῖον 'ἀοιδόν?

Sed pone id, quod iam minime probabile est, noluisse Apollonium minutis verborum mutationibus eam obtegere imitationem, quam ob totius carminis ingenium celare non posset, aliud manet argumentum, quod probas Codicum lectiones tueatur. Singularem dico Homeri eius rationem, quem Apollonius tractabat. Posterioris temporis poetae omnes, etiam Quintus, quem ex iis omnibus, quos attuli, locis ne levissima quidem suspicio est aliam secutum esse quam vulgatam Homeri editionem, aut Aristarchi Homero, aut eo, qui ex Aristarchi recensione natus erat, utebantur; prior Aristarcho Apollonius, utpote cui aequalis esset Aristophanes, Aristarchi praeceptor, Zenodoteum Homerum tractabat; de quo in peculiari libello sententiam suam ponebat (Schol. Ven. Il. *N*. 657.); si non illum ipsum, certe eum tenebat Homerum, qui illi proxime accederet. Iam quanta fuerit illius a vulgato postea textu discrepantia, ex multis, quanquam de plurimis paucis, indiciis intelligitur. Ex hac editionum ratione natas esse Homeri et Apollonii quibusdam in locis diversitates putandum foret, eaque re suffulcienda codicum Apollonii auctoritas, nisi cautum esset prioribus argumentis, ut carere possimus isto auxilio.

Verum si mittamus in iudicandis maioribus illis discrepantiis Homerum Apollonii, utemur eo ad refellendos plures errores, qui in

minutioribus rebus versantur. Etenim cum his temporibus nostratium maxime studio factum esset, ut et ex neglectis olim Grammaticorum libris et ex ipsis veteribus scriptoribus prosarii et poetici sermonis leges accuratius constituerentur, mox, ut fit, eo perventum est, ut, quod non sine labore invenissent, ulterius quam liceret persequerentur. Qua re cum multifariis turbis afficerentur Tragici Graeci, neque Epicorum alia fuit fortuna. Nam cum Hermannus et numerorum et sermonis Homerici leges egregie perscrutatus esset, mox translatis iisdem legibus ad seriores poetas, neque satis ubique distinctis scriptorum singulorum aetatibus, aliena multa aut intulit poetis aut ansam dedit inferendi pluribus quas protulit correctionibus. Hinc omnium minime profecit Apollonius cum aequalibus poetis. Qui poetae cum neque Grammaticorum praeceptis, ut qui serius demum nascerentur, eas, quae postea fuerunt, accuratiores epici sermonis leges novissent neque observatas eas viderent in Homeri libris; peccat profecto is, qui obtrudat istas leges sive Apollonio sive aequalibus. In Apollonio II. 960. est:

οὐδ' ἔτι μιμνάζειν θέλον ἔμπεδον.

Temere hoc tentabat Herm. ad H. in Apoll. 46. ἄδεν scribens pro θέλον. Ex Aristarcheo canone Homericum est ἐθέλω. Etym. M. 318, 23. Schol. Ven. Il. *B*. 247. *Δ*. 247. Eustath. ad Il. *K*. p. 800, 28. Repugnantia sine dubio plura

in prioribus Homeri editionibus legebantur; unum hodieque novimus. In Il. Σ. 174:

οἱ δὲ ἐρύσσασθαι ποτὶ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν
Τρῶες ἐπιθύουσιν —

repugnans duobus praeceptis Aristarcheis fuit Zenodotea id est vetus lectio: ποτὶ Ἴλιον αἰπὺ θέλοντες. Neque in antiqua lingua firmum fuisse discrimen mihi persuasi; quamobrem Hymni quoque Homerici locum nollem ab Hermanno tentatum esse, in quo nulla Aristarchi castigatio restitui potest. Posteriores Aristarcho Epici solam fere habuerunt formam ἐθέλω; ea nonnunquam iis reddenda est, ut Quinto III. 654. ὅν κ᾽ ἐθέλῃσι cum Rhodomanno. IV. 490. ὅν κ᾽ ἐθέλῃτε. XIV. 221. εἴ κ᾽ ἐθέλωσι. Idem Quintus VIII. 320. habet ὅπῃ θέλον, quod fortasse mutandum in ὅπῃ ἔθελον, ut est in Homero Πηλείδῃ ἔθελ᾽ ἐριζέμεναι. In Maneth. VI. 326. legi potest εἰ δ᾽ ἐθέλοις. Procl. H. 1, 17. εὖτ᾽ ἐθέλεις. 46. εἴκ᾽ ἐθέλοις. Orph. Lith. 176. κρατεροῦ ἐθέλεις. In Maximo 473. τῆμόσδ᾽ ἐθέλειν. Plures autem scriptores Quinto negligentiores alteram quoque formam admiserunt. Oppianus Cyn. I. 319:

ἢ ὅτι πάγχυ θέλουσ᾽ ἐπὶ θηλυτέρῃσιν ὀρούειν.

II. 120:

ὅτι θέλων προλιπεῖν δυσέρωτα πόθον Μελιβοίης.

II. 524:

κείνη θηρὸς ἔφυ καλάμῃ· κείνῃ τὰ θέλουσι
ῥηϊδίως ἔρδουσι.

Hal. V. 505:

Οὐ μὲν μιν μοῦνον φορέειν θέλεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλῳ πείθετο.

Nicander Ther. 474:

Μή σύγε θαρσαλέος περ ἐὼν θέλε βήμεναι ἄντην.

Tryphiodorus, minime tam limatus scriptor, quam est Nonnus, exemplum suum, vs. 200:

ἵππος ὅπερ κεκάλυπτο. θέλεν δέ ἑ γυμνὸν ἐάσσαι.

Omnium minime illud praeceptum secuti sunt Epigrammatarii, qui saepe vulgaris potius quam epici sermonis legibus sibi utendum putabant. Nulli dubitationi obnoxium est θέλω in Alcaeo Messenio I. (Anal. Br. Vol. I. p. 486.) Nicarcho IV. (II. p. 349.) Stratone XLII. XLVII. LIV. LXI. LXXII. et proinde etiam LXXXVIII. Ep. adesp. LXXVIII. CCXLIX. Facilis mutatio probanda fortasse in Meleagro XCV. CVI. accuratiore poeta, sed vulgatam tenebo in Dioscoride I. Rufino IV. XXXV. Hedylo Anal. II. p. 527. Epigr. adesp. XXI. In iis autem poetis, qui neque castigatum Criticorum cura Homerum neque severa Grammaticorum praecepta secuti nullam in eiusmodi rebus curam posuerunt, sed vulgares formas haud cunctanter admiserunt, nihil mutandum esse arbitror. Igitur intactus maneat etiam Apollonius; intactus Theocritus XXV. 53:

ὥς τοι πᾶν ὃ θέλεις αἶψα χρέος ἐκτετέλεσται.

intactus Moschus II. 110:

ἥν θέλεν ἁρπάξας· ὠκὺς δ' ἐπὶ πόντον ἵκανε.

intactus, si quis alius aequalis illis poeta idem habeat vitium. Consulto omisi alios quosdam Theocriteos locos VIII. 7. XI. 26. XX. 1. in quibus vulgaris forma bucolici carminis rationi tribui potest.

Haec ut magis confirmentur, alia quaedam huius generis afferam, quae propria sunt Apollonii et seculi Apolloniani. Solus Apollonius habuit rariores quosdam usus, quos ex antiquis poetis, maxime ex Homero suo, in heroicum carmen transtulit. Ut ὤλλοι, quod Aristarchus articulum improbans in Homero non tulit, fuit in Zenodoteo Homero. Apoll. de Synt. p. 11, 29. 43, 24. Proll. Hom. p. 207. Idem in Homericis formulis saepe Apollonio restituit Brunckius, et recte quidem, recte etiam I. 910. quanquam repugnantibus libris. Neque minus huc spectat frequens in Apollonio pronominum confusio, velut primitivorum et possessivorum Zenodotea, de qua vide Ephemm. litt. Ienens. 1809. Vol. IV. p. 160. Ut in Zenodoti Homero ἑοῦ fuit pro ἕ (Schol. Υ. 261. Ω. 528. 550. Proll. p. 209. Apoll. de pron. p.), ita Apollonius habet ἑὸ IV. 802. ἑοῖο II. 6. III. 1065. 1335. male eiectum et illic et I. 1032. Praeterea videnda singulorum cuiusvis pronominum generis alterna confusio. Εἷο mei est II. 635. ἑοῖ mihi III. 49. tibi I. 893. σφίσιν nobis II. 1280. III. 909. ὅς vel ἑός meus IV. 1015. 1036. Scholiorum auctoritate restituendum II. 226. tuus II. 634. III. 140. 1041. ἑοῖο pro tui fuit in prima Apollonii

recensione I. 225, siquidem eius lectionem praebet Codex Guelferb. et in Zenodoteo Homero *A*. 393. *T*. 342; in utroque, et in Apollonio et in Homero, postea scriptum est ἐῆος. ἐν φρεσὶν ᾗσιν est in libris Hesiodi Ἔργ. 381. noster est ἑός Ap. IV. 203. vester II. 332. III. 267. Zenodoti exemplo, Scholl. Ven. Il. *A*. 142. Apoll. de Synt. III. p. 197. de pronom. p. 360. Prolegg. p. 248. σφέτερος noster IV. 1353. vester IV. 1327. σφωΐτερος suus I. 643. II. 763. III. 335. 600. 625. 1227. IV. 273. Wolf. Proll. p. 248; tuus III. 195. Similia interdum etiam apud seriores reperiuntur: in Quinto II. 609. III. 634. VII. 294. ἑός est tuus; II. 28. 49. noster; sed rara haec in isto scriptore, in quo tamen aliae pronominum confusiones, non quidem Zenodoteae, admodum frequentes sunt. — Quod ubique in Homero νήδυμος legitur, non ἥδυμος, Aristarcho debetur, unde illud plurimis locis probant Scholia Veneta et Eustath. ad Il. *B*. p. 163, 32; ἥδυμος non eripiendum est Apollonio II. 407. — τεθνηὼς scripsit Aristarchus. Schol. Ven. Il. *H*. 409. *I*. 629. *K*. 343. *Π*. 16. 526. 858. *P*. 161. 229. *Σ*. 537. Eustath. ad Od. *O*. 1773, 34. In Apollonio nolim mutare τεθνειώς III. 461, quod in Homero exhibuit Zenodotus. — *Πανσυδίῃ* Aristarcheum est, Schol. Ven. Il. *B*. 12. 29; quod repudiavit ille, πασσυδίῃ, Apollonii I. 323. 634. 711. II. 759. 1064. 1171. III. 195. IV. 859. Callimachi H. in Del. 159; sed πανσυδίῃ scripsit Aratus 649. 714. et posteriores poe-

tae omnes; unde corrigendum Ioannis Gazaei vs. 550. *πασσυδίην*, verbum nullum, quicquid obloquatur Brunckius ad Apoll. III. 195. — *Μόλις*, vulgaris forma, in Apollonio ubique exhibenda est, etiam I. 1233. ex Vaticano codice secundo et III. 188. ex codice Laurentiano apud Dorv. ad Char. p. 409. Eadem est in Callimacho H. in Cer. 27. atque in Epigrammatariis, quorum sermo ad vulgarem magis quam ad poeticum accedit. Vide Meleag. XLII. Pallad. XIV. Iulian. Aeg. XLII. Epigr. Athlet. IV. Agath. XXXIII. LXXVII. Paul. Silent. Ep. XXIX. LIV. In Homero ubique legitur *μόγις*; idem est in Nonno eiusque imitatoribus ubique tenendum; in ceteris poetis quoniam rarum est, quid ibi scribendum sit, nolo pro certo pronuntiare; in Quinto nunquam legitur. Ceterum spreta Grammaticorum quorundam auctoritate, optimis Atticis, ut Thucydidi, Euripidi, Aristophani (v. g. Lysistr. 328.) ubique restituendum est *μόλις*; Platonicum est *μόγις*.

Alia sunt in hoc genere, quae neque in Apollonio neque in alio ullo Epico Aristarchei Homeri auctoritate turbari debeant. Ut in Homero ubique legitur *δὴ ἔπειτα*; quanquam *ἤπειτα* verbum sit nullum, tamen prava lectio *δ' ἤπειτα* (nunquam, quod mirum, *δῆπειτα*) omnium librorum auctoritate defensa manere debebit in Apollonio II. 435. 899. 1171. III. 770. IV. 70. 1393. Call. H. in Del. 160. in Cer. 88. Arato 121. Manethone VI. 544. In Homero

olim legebatur Od. *O*. 163. ubi agnoscit Eustathius p. 1010, 40. — Ex Aristarcheo praecepto ubique dempto augmento in nostro Homero legitur ἕλκεν, nunquam εἷλκεν, Schol. Ven. ad Il. *Δ*. 213. *Λ*. 457. *N*. 383. *Π*. 406. 504. ἑστήκει, non εἱστήκει, Schol. Il. *Z*. 373. *Λ*. 599. *M*. 446. *P*. 139. *Σ*. 557. *X*. 36. *Ψ*. 106.; solum εἷρπε remansit Od. *M*. 395, quanquam ἕρπε legitur H. in Ven. 157. εἷλκεν non modo est in Apollonio I. 533. II. 668. III. 1307. IV. 888. εἱστήκει IV. 681. sed in omnibus quoque serioribus Epicis, ut illud in Quinto XII. 428, hoc in eodem XI. 376. 412. XIII. 396, restituendum in Christodoro 361. Tryphiodoro 115. — Aristarchus exhibuit καὶ κεῖνος, Schol. Ven. Il. *O*. 94. Prolegg. p. 245. sq.; κἀκεῖσε Zenodotus, Schol. *M*. 348. ac proinde similia Apollonius I. 83. 972. 996. IV. 1441. 1731. sed etiam seriores Epici omnes, quanquam Aristarcheum habebant textum. — Ἐν maluit Aristarchus quam ἐνί; quod praeceptum quanquam nunquam legi, in Homerico tamen textu observatum singulis fere paginis reperitur. Hoc intelligere licet in primo pede Il. *B*. 765. *Δ*. 259. *E*. 370. *Λ*. 6. in secundo *Λ*. 441. *E*. 161. *Λ*. 229. *M*. 16. *P*. 604. in quarto *Γ*. 244. *Z*. 81. *Θ*. 221. *Λ*. 173. *N*. 372. *Ξ*. 385. *P*. 753. *Φ*. 104. et saepius. Quamobrem scribitur ἀσπίδι ἐγχριμφθείς *H*. 272. et recte quidem, etiamsi, quod mirum esset, illud improbasset Aristarchus; τεῷ ἐγκάτθεο κόλπῳ *Ξ*. 219. cf. Od. *Ψ*. 223. H. in Cer. 287. Hes. Theog. 487.

ἀσπίδι ἐν κρατερῇ Il. Γ. 349. Ρ. 45. Hodieque corrigendum est Il. Τ. 331. θοῇ ἐνὶ νηῒ μελαίνῃ. In Apollonio ubique praefertur ἐνί, ideoque restitui debet III. 443. ἐνὶ πᾶσι, 799. ἐνὶ νυκτί, I. 1111. ἐνὶ νηΐ, II. 233. ἐνὶ γαστέρι; nonnulla ex Codicibus, ut III. 859. ἐνὶ κόχλῳ ex A. E.; ex Codice D. II. 710. III. 1264. ἐνὶ χερσί, III. 1350. ἐνεπλήσατο, IV. 244. ἠοῖ ἐνὶ τριτάτῃ, quanquam mirum est, hunc Codicem, qui toties alienis lectionibus nos abducat a vero, hic tantum veram servasse lectionem.

Iam cum comprobasse mihi videar, ex Homeri comparatione nullum ad emendandum Apollonium fructum exspectandum esse, cum neque, ubi maiora Homeri dicta expresserit Apollonius, ea statim ad Homericam normam exigenda sint, neque in minoribus eam secutus sit rationem, quam in nostro Homero observatam videmus: inquirendum est, quid ad nostram rem valeant ipsius Apollonii imitatores. Ex quibus sane maior, quam ex Homero, fructus proferri potest; nam pressius hi Apollonium, quam Homerum Apollonius, sequuntur; sed maior tantum est, non magna per se, quoniam bene conservati sunt Apollonii libri. Neque multi se dederunt ad nostri poetae imitationem; iique omnes non quod carmen, sed quod historias scripserat Apollonius. Ad illos maxime refero Dionysium Periegeten, cuius testimonio aliquoties in prioribus capitibus usus sum. Is et unum longiorem locum, et plures breviores duxit ex Apollonio.

Ille est inde a versu 762., ubi Ponti Euxini populos enumerans plurima debet nostro poetae. Totum locum quamvis longum apponam:

Φράζεο δ᾽ ἐκ Κόλχων καὶ Φάσιδος ἐς δύσιν ἤδη
Εὐξείνου παρὰ χεῖλος, ἐπιλαδὸν ἔθνεα Πόντου,
ἄχρι Θρηϊκίου στόματος, τόθι Χαλκὶς ἄρουρα.
Βύζηρές τοι πρῶτα, καὶ ἄγχόθι φῦλα Βεχείρων,
Μάκρωνες, Φίλυρές τε, καὶ οἳ μόσσυνας ἔχουσι
δουρατέους· τῶν δ᾽ ἄγχι πολύῤῥηνες Τιβαρηνοί.
Τοῖς δ᾽ ἔπι καὶ Χάλυβες στυφελὴν καὶ ἀπηνέα γαῖαν
ναίουσιν, μογεροῦ δεδαηκότες ἔργα σιδήρου·
οἵ ῥα βαρυγδούποισιν ἐπ᾽ ἄκμοσιν ἑστηῶτες
οὔποτε παύονται καμάτου καὶ ὀϊζύος αἰνῆς.
Τοὺς δὲ μετ᾽ Ἀσσυρίης πρόχυσις χθονὸς ἐκτετάνυσται.
ἐνθάδ᾽ (sic) *Ἀμαζονίδεσσιν ἀπ᾽ οὔρεος Ἀρμενίοιο*
λευκὸν ὕδωρ προΐησιν ἐνυάλιος Θερμώδων,
ὅς ποτ᾽ ἀλωομένην Ἀσωπίδα δέκτο Σινώπην
καί μιν ἀκηχεμένην σφετέρῃ παρενάσσατο χώρῃ κ. τ. λ.

Converso ordine, ut qui ab oriente ad occidentem pergat, eosdem populos et paucos praeterea enumerat Apollonius; cuius hi sunt Dionysianis simillimi loci: II. 392:

νήσου δὲ προτέρωσε καὶ ἠπείροιο περαίης
φέρβονται Φίλυρες· Φιλύρων δ᾽ ἐφύπερθεν ἔασι
Μάκρωνες, μετὰ δ᾽ αὖ περιώσια φῦλα Βεχείρων.
ἑξείης δὲ Σάπειρες ἐπὶ σφισι ναιετάουσι·
Βύζηρες δ᾽ ἐπὶ τοῖσιν ὁμώλακες, ὧν ὕπερ ἤδη
αὐτοὶ Κόλχοι ἔχονται ἀρήϊοι.

II. 1244:

κεῖθεν δ᾽ αὖ Μάκρωνας, ἀπειρεσίην τε Βεχείρων
γαῖαν, ὑπερφιάλους τε παρεξενέοντο Σάπειρας,
Βύζηράς τ᾽ ἐπὶ τοῖσιν.

De his Dionysius vs. 765 — 767; Sapiras omisit. Sequuntur vs. 767. πολύῤῥηνες Τιβαρηνοί; deinde Chalybes. Apollonius II. 374:

— — — μετὰ δὲ σμυγερώτατοι ἀνδρῶν
τρηχείην Χάλυβες καὶ ἀτειρέα γαῖαν ἔχουσιν
ἐργατίναι· τοὶ δ' ἀμφὶ σιδήρεια ἔργα μέλονται.
ἄγχι δὲ ναιετάουσι πολύῤῥηνες Τιβαρηνοί.

II. 1002. de Chalybum gente:

τοῖσι μὲν οὔτε βοῶν ἄροτος μέλει, οὔτε τις ἄλλη
φυταλιὴ καρποῖο μελίφρονος· οὐδὲ μὲν οἵγε
ποίμνας ἑρσήεντι νομῷ ἔνι ποιμαίνουσιν·
ἀλλὰ σιδηροφόρον στυφελὴν χθόνα γατομέοντες,
ὦνον ἀμείβονται βιοτήσιον, οὐδέ ποτέ σφιν
ἠὼς ἀντέλλει καμάτων ἄτερ, ἀλλὰ κελαινῇ
λιγνύϊ καὶ καπνῷ κάματον βαρὺν ὀτλεύουσι.


Ad Apollonii versum 1006. respexit Dionysius etiam vs. 1106:

τῆς ἀποτεμνόμενοι βιοτήσιον ὦνον ἔχουσιν.

In reliqua Ponti Euxini descriptione non minus Dionysius secutus est Apollonium; sed in re magis quam in verbis: quare haec silentio transmitto, cum praesertim eos locos, in quibus maxime cernitur imitatio, alio loco ostenderim. Igitur ceteros locos ex Dionysii carmine excitabo, qui, nisi legisset Apollonium, aliter scripti fuissent.

Dionys. 154:

αἵτ' ἄμφω ξυνίασιν ἐναντίαι· οὐ μὲν ἐοῦσαι
ἐγγύθεν, ἀλλ' ὅσον ὁλκὰς ἐπὶ τρίτον ἦμαρ ἀνύσσαι.



Apoll. I. 601:

ἦρι δὲ νισσομένοισιν Ἄθω ἀνέτελλε κολώνη
Θρηϊκίη, ἣ τόσσον ἀπόπροθι Λῆμνον ἐοῦσαν,
ὅσσον ἐς ἔνδιόν κεν ἐΰστολος ὁλκὰς ἀνύσσαι,
ἀκροτάτῃ κορυφῇ σκιάει.

Dionys. 202:

ἄλλοτε μὲν πλημμυρὶς ἐγείρεται, ἄλλοτε δ' αὖτε
ἄμπωτις ξηρῇσιν ἐπιτροχάει ψαμάθοισι.

Apoll. IV. 1265:

— — — — — — ἤλιθα δ' ὕδωρ
ξαινόμενον πολιῇσιν ἐπιτροχάει ψαμάθοισιν.

Dionys. 390:

Κεῖνον δ' ἂν περὶ χῶρον ἴδοις περιηγέα τύμβον,
τύμβον, ὃν Ἁρμονίης Κάδμοιό τε φῆμις ἐνίσπει.

Apoll. IV. 517:

τύμβος ἵν' Ἁρμονίης Κάδμοιό τε, πύργον ἔδειμαν.

Dionys. 600:

Δυςμενέων τοι παῖδες ἑλισσόμενοι περὶ πόντον
κείνοις ἀντιάσειαν ἀλώμενοι.

Apoll. IV. 448:

δυςμενέων ἐπὶ παισὶ κορύσσεο δαῖμον ἀερθείς.

Dionys. 1153:

Χῶρος τιμήεις τε καὶ ἱερὸς, ὅν ποτε Βάκχος
θυμαίνων ἐπάτησε.

Apoll. IV. 1142:

χρύσεον αἰγλῆεν κῶας βάλον, ὄφρα πέλοιτο
τιμήεις ὁ γάμος καὶ ἀοίδιμος.

Ita ex quatuor Pariss. hunc locum dedit Brunckius. At praestat restituere, quod et Dionysius legit et in plurimis libris est: τιμήεις τε γάμος καὶ ἀοίδιμος.

Transimus ad Quintum Smyrnaeum. In cuius quarto libro, pugilatus est descriptio ab Epeo et Acamante instituti, similis Amyci et Pollucis apud Apollonium. Ponam loca quae maxime huc spectent.

Apoll. II. 45:

— — — — — — πῆλε δὲ χεῖρας
πειράζων, εἴθ', ὡς πρὶν, εὐτρόχαλοι φορέονται,
μήδ' ἄμυδις καμάτῳ τε καὶ εἰρεσίῃ βαρύθοιεν.

Quint. IV. 343:

ἄμφω χεῖρας ἑὰς πειρώμενοι, εἴπερ ἔασιν
ὥς ποτ' εὐτρόχαλοι, μήδ' ἐκ πολέμου βαρύθοιεν.

Apoll. II. 83:

— — — οὐδ' ἔλληξαν ἐπισταδὸν οὐτάζοντες,
ἔς τέ περ οὐλοὸν ἆσθμα καὶ ἀμφοτέρους ἐδάμασσε.
στάντε δὲ βαιὸν ἄπωθεν ἀπωμόρξαντο μετώπῳ
ἱδρῶ ἅλις, καματηρὸν ἀϋτμένα φυσιόωντε (sic).

Quint. IV. 373:

— τοὶ δ' ἄρα τυτθὸν ἀνέπνευσαν καμάτοιο
μορξάμενοι σπόγγοισι πολυτρήτοισι μέτωπα.

Unde suspiceris, pluralem restituendum esse pro Apollonii *μετώπῳ*. Fortasse scripsit *μετώπων*. Quintus IV. 354:

— — — — — — ἐκ δὲ μετώπων
ἱδρὼς αἱματόεις θαλερὰς ἐρύθαινε παρειάς.

Apoll. II. 90:

ἔνθα δ' ἔπειτ' Ἄμυκος μὲν ἐπ' ἀκροτάτοισιν ἀερθεὶς,
βουτύπος οἷα, πόδεσσι, τανύσσατο, καδδὲ βαρεῖαν
χεῖρ' ἐπὶ οἱ πελέμιξεν· ὁ δ' ἀΐξαντος ὑπέστη,
κρᾶτα παρακλίνας, ὤμῳ δ' ἀνεδέξατο πῆχυν
τυτθόν· ὁ δ' ἄγχ' αὐτοῖο παρὲκ γόνυ γουνὸς ἀμείβων
κόψε μεταΐγδην ὑπὲρ οὔατος, ὀστέα δ' εἴσω
ῥῆξεν.

Quintus IV. 346:

— — — — ἐπ' ἀκροτάτοις δὲ πόδεσσι
βαίνοντες κατὰ βαιὸν ἑὸν γόνυ γυνὸς ἄμειβον.

IV. 366:

πλῆξε δέ οἱ κεφαλήν· ὁ δ' ἄρ' ἔμπαλιν ἀΐσσοντος
βαιὸν ὑποκλίνας σκαιῇ χερὶ τύψε μέτωπον.

Magna utriusque poetae similitudo; quae cum in hoc uno loco reperiatur, neque praeterea Apollonium imitatus videatur Quintus, certaminis descriptionem ex eodem vetere scriptore uterque desumpsisse videri potest; quanquam, si hoc fuit, servilis imitator fuit Apollonius, quod aegre mihi persuadeam.

Denique frequens Apollonii imitator Orpheus est, Argonauticorum auctor. Plura huc spectantia supra vidimus; pauca alia nunc afferam.

Apollonius I. 63. de Caeneo:

ἀλλ' ἄρρηκτος, ἄκαμπτος ἐδύσατο νειόθι γαίης,
θεινόμενος στιβαρῇσι καταΐγδην ἐλάτῃσιν.

Orpheus 171:

υἱωνὸς Καινῆος ἀφίκετο, τόν ῥά τέ φασιν
μισγόμενον Λαπίθαις ὑπὸ Κενταύροισι δαμῆναι,
θεινόμενον πεύκῃσι τανυφλοίοις τ' ἐλάτῃσιν,
καί οἱ ἀνατλῆναι καὶ ἀκαμπέα γούνατ' ἐρεῖσαι,
ζωόν τ' ἐν φθιμένοισι μολεῖν ὑπὸ κεύθεα γαίης.

De gigantibus Apollon. I. 944:

ἓξ γὰρ ἑκάστῳ χεῖρες ὑπέρβιον ἠγερέθονται.

Orpheus 519:

ἓξ γὰρ χεῖρες ἑκάστῳ ἀπ' ὤμων ἀΐσσοντο.

nisi forte hoc duxit ex Hesiodo Theog. 670:

τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων ἀΐσσοντο.

unde sua sumpsit Aratus 67:

— — — ἀπ' (sic) ἀμφοτέρων δέ οἱ ὤμων
χεῖρες ἀείρονται.

Apollon. I. 2:

— οἳ Πόντοιο κατὰ στόμα καὶ διὰ πέτρας
Κυανέας, βασιλῆος ἐφημοσύνῃ Πελίαο
χρύσειον μετὰ κῶας ἐΰζυγον ἤλασαν Ἀργώ.

IV. 1002:

Κόλχων, οἳ Πόντοιο κατὰ στόμα καὶ διὰ πέτρας
Κυανέας μαστῆρες ἀριστήων ἐπέρησαν.

Hinc in Orpheo 711:

ἀλλ' ὅτε δὴ πορθμοῖο κατὰ στόμα καὶ διὰ πέτρας
Κυανέας ἤμειψε λάλος τρόπις —

scribendum est *Πόντοιο*, nisi fortasse ille, ut Quintus in Homerica imitatione, Apollonii verba non sine mutatione reddidit.

Orpheus 772:

ξυνῇ τ' ἐν (sic) Μινύησιν ἄδην ἀνενείκατο φωνήν,
ἤ οἱ ἐπ' Αἰήταο μόλοι δόμον οἶος ἀπ' ἄλλων,
μειλιχίοις στέρξοι τε παραιφάμενος ἐπέεσσιν,
ἠὲ μεθ' ἡρώεσσι, καὶ ἐς μόθον αὐτίκα λεύσσοι.

Notionem verbi *διπλῆν* ab Hermanno pro *ἄδην* ex coniectura recepti, quae si non aliis, iis sane lenis videbitur, qui ceteras Hermanni coniecturas noverint, equidem necessariam non iudico; *ἀδινὴν* et *ἄδην* si utrumque significat *ἀθρόως* neque ea significatio non est Orphico loco accommodata, non fuit quod illud ut Homericum Il. T. 314:

μνησάμενος δ' ἀδινῶς ἀνενείκατο φώνησέν τε.

et magis etiam Apollonianum III. 635:

— — — — μόλις δ' ἐσαγείρατο θυμόν,
ὡς πάρος, ἐν στέρνοις, ἀδινὴν δ' ἀνενείκατο φωνήν.

sibi notum sperneret I. G. Huschkius Comm. de Orph. Arg. p. 41, quoniam etiam ἄδην substitui posse putaverit Grammaticorum doctrina eruditus poeta. Nisi forte hic quoque imitari voluit poeta, sed fugere speciem imitandi, eamque ob rem retinendum est ἄδην. Certe et hoc et ἀδινήν eadem significatione poetae potuit usurpari. ἀδινός quidem in Homero nonnunquam est tenuis, mollis, idem fere quod ῥαδινός; plerumque transfertur ad mollitiem et ignaviam animi infortunio suo ad luctum permoti; hinc tristis est et miserabilis in Apollonio ubique; nam etiam ubi de somno dicitur, miserorum hominum is somnus est; qui et ipse miseriis non est vacuus. Sed cum varie in isto verbo explicando se torserint Grammatici, potuit fieri, ut ἀδινὴ φωνή, quae Apollonio est miserabilis vox, gravis vox et digna heroe esset Orpheo, cum praesertim πυκνός pro explicatione verbi ἀδινός pluries a Grammaticis proferatur.

Apollonium respexit Orpheus etiam vs. 263:

ἡνίκα δένδρε' ἔθελγον ἐν ὑλήεντι κολώνῃ
πέτρας τ' ἠλιβάτους καί μοι κατὰ πόντον ἔβαινον
οὖρε' ἀποπρολιποῦσαι.

quem locum malis coniecturis tentarunt Ruhnkenius et Hermannus. Nihil mutandum est. *Κατὰ πόντον ἔβαινον* hoc est: ad mare procedebant, i. e. ad Thracium illud littus, de quo Apollonius I. 28:

φηγοὶ δ' ἀγριάδες κείνης ἔτι σήματα μολπῆς
ἀκτῆς Θρηϊκίης Ζώνης ἔπι τηλεθόωσαι
ἑξείης στιχόωσιν ἐπήτριμοι.

CAPUT SEPTIMUM.

De arseos vi.

In quibusdam scriptoribus assiduo Criticorum studio eo perventum est, ut iam multo levioris sit operae de librariorum peccatis recte iudicare quam id dignoscere, an veram auctoris manum speciosae Criticorum correctiones restituerint, an potius, quod genuinum fuit, suis emplastris obduxerint. Non est ea ratio Apollonii. In quo quantum valeat librorum auctoritas, quantum coniecturae, ante demonstravi; prospera carminis fortuna factum est, ut omnibus audacioribus coniecturis careri possit. Iam si, neglecta inscitorum hominum turba, ea respicias, quae egregii viri, Ruhnkenius et Brunckius, in Apollonio correxerunt, aut videbis, quae omni sensu destituta olim legebantur, levissimis et plerumque satis obviis sublata mutationibus, aut, quod quidem saepissime factum est, ubi nulla fuit in librorum lectione gravior offensio, sine necessitate inanes correctiones allatas esse. Igi-

tur de his, quae perspicuis cuique communis sensus nituntur legibus, facile iudicium lectori relinquo; sunt autem aliae rationes non itidem perspicuae, ex quibus plurimae Apollonio turbae natae sunt. Numerorum dico leges, quibus permotus cum is vir, qui et primus ad eas indagandas viam aperuit et unus omnium huius doctrinae peritissimus hodieque habetur, non pauca huic poetae vulnera inflixisset, verendum est, ne summi viri praecepta plus valeant apud plurimos, quam debet valere ullius hominis auctoritas. Hoc ne fiat, longiorem de versu heroico disputationem instituere et utile videtur et necessarium. Igitur inquirendum est in singulas illius versus partes, inquirendum in earum compositionem, ut, quae primi artifices obscuro animo senserint, ea claris verbis exponamus; inquirendum denique, quae fuerit illarum partium et solutarum et compositarum diversis temporibus ratio.

In omni re arte confecta duae res spectandae sunt, materia et forma. In versibus rhythmus est forma, quam poeta adiungit; materia sunt verba. Haec tamen materia non est rudis, ut est sonorum et motuum, sed habet iam proprium sibi rhythmum, qui accentu significatur. Ex cuiusvis gentis indole pendet, an cum materiae pondere i. e. cum longa syllaba, an cum maiore accentus impetu coniungatur id, in quo rhythmi vis posita est i. e. arsis. Ob gentis ingenium in graeca lingua rhythmicam arsin cum

longa syllaba, in recentioribus cum accentu coniungi oportuit. Coniuncta duorum elementorum vis tertii, accentus, vim facile supprimit; quare falluntur, qui in graeca poesi ad producendam syllabam quidquam conferre accentum sibi persuaserint. In *Ἴλιε προπάροιθε πυλάων τε Σκαιάων* non accentus vi tres longas syllabas habet *Ἴλιε*, sed quoniam *ι* facile producitur. Quae ad eam rem demonstrandam afferuntur, nonnunquam arseos vi, non accentus, tribuenda sunt; illa facile producit syllabas, si consonantes facile producuntur. Hinc explicanda productio in *φίλε* Il. *E.* 359. et alibi. *ἴμεναι Υ.* 365. *ὄφις M.* 208. *Ζεφυρίη* Od. *H.* 119. *σκύφος* Hesiod. fragm. 132. 135. *βρόχος* Theogn. 1075. indidemque excusari potest *ὀλοῇσι* Il. *A.* 342. *ὀλοή X.* 5. *ὄϊες* Od. *I.* 425. quanquam non video, quidni diphthongum pro brevi vocali reponamus, modo legamus, ut legimus *ὀλοιόν* Hymn. in Ven. 225. et in Alexandrinis certe poetis *οἶδα* et *οἶες*. Bentl. ad Callim. H. in Ap. 53. Quae in thesi posita exempla proferri solent, maximam partem facile sanari possunt.

Il. *Δ.* 392:

ἂψ ἀνερχομένῳ πυκινὸν λόχον εἶσαν ἄγοντες.

In pluribus libris est *ἂψ ἀναερχομένῳ*.

E. 487:

μήπως, ὡς ἀψῖσι λίνε ἁλόντε πανάγρε.

Bentleius correxit:

μήπως, ὡς ἀψῖσι λίνε πανάγροιο ἁλόντες.

Od. *Θ.* 215:

εὖ μὲν τόξον οἶδα ἐΰξοον ἀμφαφάασθαι.

Fuit fortasse:

εὖ μὲν γὰρ τόξ' οἶδα ἐΰξοα ἀμφαφάασθαι.

I. 242:

ἐσθλαί, τετράκυκλοι, ἀπ' οὔδεος ὀχλίσσειαν.

τεσσαράκυκλοι scripsit Barnesius.

In Hesiodi Scuto 54:

αὐτὰρ Ἰφικλῆα δορυσσόῳ Ἀμφιτρύωνι.

scribendum est:

αὐτὰρ Ἰφικλῆα δυρυσσόῳ Ἀμφιτρύωνι.

Quod pluries est in Homero πολλὰ λισσομένῳ Il. *E.* 358. *Φ.* 368. *X.* 91. et quod illi simile est πολλὰ ῥυστάζεσκεν *Ω.* 755. ubivis facile, vel inserto pronomine, emendari potest. Quare si mendosum est βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο Il. *Λ.* 36. fortasse eodem modo corrigendum, quo ἦνιν Il. *K.* 292. Od. *Γ.* 382. et frequens illud βοῶπις πότνια Ἥρη, ac si excipias Αἰόλε Od. *K.* 36. 60. nullus ex Homero proferri potest locus, in quo accentus in thesi positam syllabam produxisse videatur, nisi plura, in quibus anceps vocalis natura, advocanda sunt, ut ὑποδεξίη et alia, de quibus Hermann. de metris p. 81. Verum idem factum est, ubi diversis locis sunt producta syllaba et accentus, ut in Πύθιον Hymn. in Apoll. 373; neque minus Dionysii Κασπιάων in eadem re idoneam habet excusationem; in Ἀσκληπιοῦ autem et ἀνεψιοῦ ob productionem certe accentus mutandus non est.

Quoniam heroicus versus primus erat, quem Graeci excoluerunt, primos poetas materiam suam

adaptare versui oportuit, ut nondum satis excultam ad poeticum usum. Multa enim verba neque cum spondeo neque cum dactylo coniungi poterant. Igitur ita adaptabant, ut eas syllabas, quae litteras haberent facile augendas, quales sunt liquidae, duplicarent, ut est in *ἐπιφρασσαίατο* Il. *B.* 282. quod verbum neque ipsum neque similia ullam habent offensionem, si in thesi sunt, quoniam aliter adhiberi non potuerunt. Huius generis sunt *ἀεικίσσωσι* Il. *Π.* 545. 559. *T.* 26. *ἐφαρμόσσειε* *T.* 385. *ἑτοιμάσσαντο* *K.* 571. Od. *N.* 184. *ἐφοπλίσσειας* *Z.* 57. 69. *ἐφράσσαντο* Il. *I.* 426. *αἰχμάσσουσι* *Δ.* 324. *ἐτειχίσσαντο* *H.* 449. *ὀχλίσσειαν* *M.* 448. atque eadem ratio est productae vocalis in *ἀτιμίησιν* Od. *N.* 142. Sed quoniam ea duplicatio non erat in vulgari sermone, epicus autem illi proximus est, in thesi, nisi necessitas cogebat, non admittebant duplicationem, sed ubicunque commoda esset longa syllaba facileque posset liquidarum geminatione effici, ita omnem offensionem eripiebant geminationi, ut cum arsi, in qua magna esset vocis vis, syllabam coniungerent. Quod fiebat v. g. in *ὅσος, τόσος, μέσος,* in augmentis eorum verborum, quae liquida incipiunt, ut *ἔῤῥιψε, ἔσσευε,* in dativis tertiae declinationis *νήεσσι* et similibus. Postea aut usitata facta est utraque forma aut tam usitata duplicata, ut simplicem fere detruderet. Ac illorum quidem *ὅσος, τόσος, μέσος* usitata est utraque forma, duplicata et in arsi et in thesi; ut *μέσσος* in thesi est Il. *Γ.* 366.

Δ. 212. *Z*. 181. *K*. 265. *T*. 173. *Υ*. 245. Od. *Δ*. 413. *E*. 326. ὅσσα Il. *I*. 160. 161. *Υ*. 360. *X*. 118. Od. *Δ*. 356. 723. *E*. 400. *Λ*. 25. *N*. 241. τόσσον Il. *Φ*. 320. *X*. 41. Od. *Δ*. 665. *I*. 499 etc. In ἔῤῥιψε et similibus sola utuntur duplicata forma, sed hac et in arsi et in thesi. In hac est ἔῤῥιψε Od. *Z*. 115. *I*. 398. *M*. 254. ἐῤῥύσατο Il. *Υ*. 194. ἔῤῥεξε *K*. 49. ἐλλίσσετο *Φ*. 71. Od. *K*. 264. ἔσσευεν Il. *Λ*. 147. *Υ*. 325. ἔδδεισαν — nam etiam δ facile geminatur — *X*. 19. Od. *N*. 184. Etiam in Dativis praefertur duplicata forma ex iis legibus, quas indicavit Herm. ad Orph. Arg. 614. Sed ubicunque est, in arsi est. Quare Il. *Π*. 704:

χείρεσσ' ἀθανάτῃσι φαεινὴν ἀσπίδα νύσσων.

legendum est ἀθανάτῃσιν χερσί, ut Hymn. in Apoll. 125. cf. H. in Cer. 232. In Il. *M*. 382:

χείρεσσ' ἀμφοτέραις ἔχοι ἀνήρ, οὐδὲ μάλ' ἡβῶν.

verius videtur χείρεσιν, quae forma est *Υ*. 468. In Od. *H*. 59:

ὅς ποθ' ὑπερθύμοισι Γιγάντεσσιν βασιλεύει

fuit fortasse Γιγάντεσιν ἐμβασιλεύει. Alia, quae obstare videntur, sunt Il. *Λ*. 190. στήθεσσιν λασίοισιν. *B*. 264. ἀείκεσσι πληγῇσιν. *Z*. 361. Τρώεσσ', οἵ μέγ' ἐμεῖο. *K*. 440. ἄνδρεσσιν φορέειν, quae si fuit vulgaris lectio, certe condonandum est ἄνδρεσσιν ξείνοισιν Manethoni IV. 360. Il. *Ψ*. 749. ποσσὶ κραιπνοῖσι πέλοιτο. Od. *N*. 432. πάντεσσιν μελέεσσι. *Ξ*. 238. νήεσσ' ἡγήσασθαι ἐς Ἴλιον. *Δ*. 15. *E*. 155. ἐν σπέσσιν γλαφυροῖσι, ubi scribi potuit σπέσσιν ἔνι γλαφυροῖσι; non

ita facile *Δ*. 403. ὑπὸ σπέσσιν γλαφυροῖσι emendationem patitur. Verum haec omnia, ut pauca in XLVIII libris Homericis, non carere corruptione iudico; multo minor fuit harum rerum Homerico tempore licentia, quam vulgo putatur. Quid olim lectum fuerit, possem fortasse in plurimis illorum locorum divinatione eruere, sed nolo ariolari. Emendationem desiderat etiam Il. *Α*. 368.

καὶ τὰ μὲν εὖ δάσσαντο μετὰ σφίσιν υἷες Ἀχαιῶν.

Lege ἐδάσαντο et illic et in Hesiodi Theog. 303. Od. *Ξ*. 351:

στῆθος· ἔπειτα δὲ χερσὶ διήρεσσ' ἀμφοτέροισιν.

lege διήρεσα, ut est in pluribus editionibus. His corruptis similia sunt παρέτρεσσαν Il. *Ε*. 295. αἴδεσσαι *Ι*. 640. H. in Cer. 64. σβέσσαι *Π*. 621. quae minorem, quam dativi, offensionem habere videntur.

Geminae his ex consonarum duplicatione ortis sunt quaedam formae cum producta vocali, quae in thesi non ponuntur. De ὕδωρ, ἀνήρ, Ἄρης, φάος hoc iam observatum est a Graefio ad Meleag. p. 83 sqq. etiam de ἄναξ, sed ex uno corrupto Oppiani loco, qui iam sanatus est. De illis quam legem statuit, ea quanquam interdum violetur (Fr. Spitzner. de product. brev. syll. p. 11.), plerumque tamen valet. Quare in Hesiodi Scuto 59. et ob illam et ob neglectum Digamma legendum est:

αὐτὸν καὶ πατέρα ὃν Ἄρην, ἄτον πολέμοιο,

non πατέρ' ὃν Ἄρην. Idem fit in ἀείδω, cui

simile est productum ἀείρω in Opp. Cyneg. II. 526. IV. 211. 255. Ex eodem genere est εἰν, quod nescio quis in thesi posuerit praeter Maneth. V. 70. εἰν ἀλλοδαποῖσι τόποισι, et εινὶ, quod ex Il. Θ. 199. Ο. 150. Od. Ι. 417. Κ. 310. Μ. 256. Batrach. 259. Antimach. fragm. p. 73. et fortasse Orph. Arg. 672. nondum relatum est in Lexica. Aliis verbis non origo, sed usus pro certo loco arsin constituit; ut prima syllaba verbi αὐτὰρ in arsi tantum collocatur. Deleto apostropho scribendum est ἀτὰρ Il. Ψ. 694. Od. Ι. 83. In Il. Δ. 542:

χειρὸς ἑλῶσ᾽· αὐτὰρ βελέων ἀπερύκοι ἐρωήν.

fuit fortasse αὐτὴ δὲ βελέων. Θ. 503:

δόρπα τ᾽ ἐφοπλισόμεσθ᾽· αὐτὰρ καλλίτριχας ἵππους.

Zenodoti est ἐφοπλίζεσθον. Neque sanus est Hesiodus Theog. 234:

πρεσβύτατον παίδων· αὐτὰρ καλέουσι γέροντα.

Dixi, quid valeat magna arseos vis ad earum brevium syllabarum productionem, quae in mediis verbis sunt. Satis angustis usus finibus haec circumscripta sunt; solus enim usus id constituit, ut ex ἔριψε fieret ἔῤῥιψε, non ex ἔρεβος ἔῤῥεβος. Liberior est extremae ut minus definitae syllabae productio in arsi positae. Sed sunt ibi quoque leges. Accentum ad eam rem nihil posse efficere, ante dixi. Sola syllabarum et litterarum indoles spectanda est. Ex syllabis ad productionem aptissima fuit extrema syllaba in caesura — hoc est in tertio vel interdum in quarto

pede — posita, quae cum duas efficeret versus partes, ad notandam distinctionem vocem quodammodo inhiberi iussit. Ex litteris facile producebantur λ, μ, ν, ϱ, δ, ideoque si brevis vocalis erat in extrema verbi antecedentis syllaba, et una ex illis litteris sequens verbum incipiebat, facile illa producebatur. Praeterea σ in fine verbi positum brevis syllabae productionem facile efficiebat. His ex legibus plurimis in locis Homericis res explicari potest; ubi nihil valent, nonnunquam excusationem praebet maior verbi ambitus aut nomen proprium aut brevis vocalis natura, ut ι et alias facile producitur et in dativis tertiae declinationis. Vera haec esse, facile intelligent assidui Homeri lectores, possuntque confirmari ex inspectis Homeri locis, quos in peculiari libello laudabili studio congessit Fr. Spitznerus. Homeri exemplum pro suorum cuiusque numerorum ratione plus minusve secuti sunt seriores poetae, qui quidem ante Nonnum fuerunt. Nam ut severitatem et gravitatem numerorum magis quaesiverunt, ita saepius admiserunt productionem; uti leviores et molliores fuerunt numeri, ita rarior fuit productio. Numerorum autem ratio pendet a totius carminis ingenio; didacticum carmen ut rem tractat humiliorem quam heroicum, ita humiliores etiam et leviores numeros habere oportet. Quamobrem maior fuit in heroico quam in didactico carmine productionis usus usque ad Nonnum, cuius carmen heroicum maiorem habet mollitiem, quam priores

omnes sive didactici, sive heroici poetae. Merito igitur in Nonno productionem non tulit Hermannus. Restant etiamnunc nonnulla in illo emendanda. XIII. 275:

ἔνθεν Ἀϱισταῖος βϱαδὺς ἤϊεν εἰς μόθον Ἰνδῶν
ὄψιμος εὐνήσας πϱότεϱον ὅλον ἅϱπαγα πέτϱης.

Lege: πϱότεϱον χόλον ἅϱπαγος ἕδϱης. XLIII. 350:

συμπλεκέων ἔθλιψε μέλος ἑτεϱόθϱοον αὐλῶν.

Fortasse scripsit λιγυϱόθϱοον. In XLII. 172. legendum est εἰσαΐειν pro εἰσάϊεν. Sed praeter illud ab Hermanno citatum ἠϱάμεθα μέγα κῦδος XL. 222. genuinum videtur XII. 308. ἕτεϱος δὲ μέλας ἰνδάλλετο πίσσῃ, cum similis productio mox recurrat VI. 312. μέλας αὐτόσσυτος ἀήϱ. Sed magnum illud priorum poetarum ex carminis genere ortum discrimen ut satis appareat, apponam cuiusque poetae ea exempla, quae certa sunt.

In Arato certa sunt: 662. ὅ ῥ' ἐνὶ χειϱί, frequens ubivis productio. 703. δυωδεκάδα μένει ἄλλην. 706. νέον ὁπότε πϱογένωνται. 852. πεϱὶ νέφεα. 940. διὰ μέγαν οὐϱανόν. 1100. πολυγλαγέος ἐνιαυτοῦ.

In Nicandro est Ther. 101. νεοσφαγέος ἐλάφοιο. 282. δακέος αἱμοϱϱόου in caesura. 591. παλαισταγέος οἴνοιο. 673. τύπον ἀνεδέξατ' ἐχίδνης. 876. πέπεϱι κόψας, ut in nomine proprio. 536. τό τε λοβός (ut codd.). Alex. 504. ἐπιπλῷον ὑδάτεσσι.

In Dionysio Periegete 381. ἀγχίποϱον Ἀκυληΐον in caesura. 416. ἔνθα Μέλας, ὅθι Κϱᾶθις. 469.

Πέλωρις τε Λιλύβη τε ex frequente productionis in his disiunctivis usu. 572. *κατὰ νόμον.* 751. *θέμις ἀνεμώλια βάζειν.* 914. *Ὀρθωσίδα τε Μάραθόν τε.* 918. *ἐνὶ μέσσησιν.* 979. 1090. *ἐπὶ νότον.* 1019. *Γῆλοί τε Μάρδοι τε.* 1074. *παρά τε ῥείων.* 1147. *ἐπὶ Γαγγητίδα γαῖαν.*

In Herode 37. *ὅτε νηόν.*

In Maximo 185. *ἐνὶ λέκτροισι.* 313. *ἀπὸ διχομήνȣ.* 496. *χοροιμανέος Ἰοβάκχȣ.*

In Manethone II. 177. *Κρόνος ἐπιών.* III. 390. *παρὰ λεχέεσσι.* 411. *ἐπὶ μοίρῃσι.* 418. *περὶ μοίρῃσι.* IV. 564. *ἀθεσμόφαγος, ἀτράπεζος.* VI. 100. *εὐτραφέες, ὁπόσοισιν.* 646. *αὖ δόντες ἀπάμερσαν.* I. 181. *τὴν πρᾶξιν ἕξȣσι.* 332. *θάνατον ὁρόωσι.* V. 11. in caesura: *κάματος ἔτος.* 26. *κάματος εὐσυνθέτῳ ἔργῳ.* 42. 76. *ὅτ' ἂν ἐπίκεντρα* (post illum excidit versus). 45. *ἀργαλέος ὑπὸ βασκάνῳ* in caesura. 247. *Κρόνος ὁπόταν* in caesura. In caesura sunt etiam 202. *Κρόνος, ἰσομοιρήσας.* 270. *φύσις, ἡ δ' αὖ φύσις.* 318. *Κρόνος ἀσχήμονα.*

In Oppiano Hal. I. 297. II. 24. *περὶ μελέεσσι.* I. 539. *ἀπὸ μελέων.* Cyneg. I. 356. in caesura: *εἵματα πορφυρέα· ταὶ δ' ἐγκλιδόν* (sic). III. 247. *Κολχίδα τε Μήδειαν.*

In Theocriteis iis, quae in levioribus rebus versantur, hae sunt productiones: X. 30. *κύτισον, ὁ λύκος* in caesura. XI. 45. *ἔντὶ ῥαδιναί.* 46. *κισσὸς, ἔν τ' ἄμπελος* in caesura.

In his plures locos omisi, quia corrupti sunt. Aratus 442:

θηρίον· ὥς γάρ μιν πρότερον ἐπεφημίξαντο.

Ex codicibus lege *πρότεροι*. cf. Apoll. IV. 985.

Nicander Ther. 739:

ἄλλο γε μὴν δύςδηρι, τὸ δὴ (sic) σφηκεῖον ἔπουσι,
πυρσὸν ἅλις σφηκὶ παναλίγκιον ὠμοβορῆι.

Scripsit fortasse *σφηκίσκῳ ἀλίγκιον*, quanquam *σφηκίσκος* eadem qua *σφήξ* significatione usurpatum nullam, quantum scio, in reliquis scriptoribus habeat auctoritatem.

Manetho II. 501:

Ἄντα δ' ἄρ' ἠελίῳ χαίρει τροχάουσα σελήνη
πλήρει ἐνὶ κύκλῳ, τότ' ἀγάλλεται αὐγάζουσα,
καί τε κλέος ὄλβου τε παραιτίη ἐστὶ βροτοῖσιν.

Corruptum hunc locum merito pronuntiat Hermannus; sed admodum leviter corruptus est. Lege:

Ἄντα δ' ἄρ' ἠελίῳ χαίρει τροχάουσα σελήνη·
κύκλῳ ἐπὶ πλήρει τότ' ἀγάλλεται αὐγάζουσα κ. τ. λ.

IV. 80:

Τηνίκα τοι θεόληπτος ὁ φὺς ἐν σχήματι τοίῳ
γίγνεται, ἔκπληκτός τε σεληνάζων τε νόσοισι,
καὶ μανίης ἀνάμεστος, ἔτι σινέεσσι πεπληθώς
δυστυχίῃ τ' ἐπίφοιτος, ἐπὴν κατὰ γῆς γε φέροιτο.

ἔτι σινέεσσι Gronovii est coniectura. In Codice est *εἰ δ' ἐν σιν.* Legendum videtur:

καὶ μανίης ἀνάμεστος, ἴδ' ἐν τεύχεσσι βεβληκώς.

„qui ob insaniam vel in gladios irruit."

V. 244:

Ῥήτορα σημαίνει καί ῥ' ἐν μελέτῃσι σοφιστὴν
εὔγραμμον πινυτὸν, ἐν γυμνάσι τὸν Ἑρμῆν.

Lege:

εὔγραμμον, πινυτὸν, καὶ γυμνάσι δεύτερον Ἑρμῆν.

Quae productiones in Oppiano offendunt, eae maxime ex antiquis editionibus restituendae sunt. Ut in Cyneg. I. 99. λαιῇ δ' αὖ πεζός. III. 254. χηλὴν δ' αὖ φορέουσι pro δέ; in Epicis δὲ et δ' αὖ fere idem est. Cyneg. I. 273. ὅρος, τόθι, pro ὅθι. Hal. III. 461. ὀξύτατον, τόθι κῦμα, non ὅθι. In Theocr. XXII. 199. πατρὸς, τόθι καρτερὸς Ἴδας restituendum est, haec omnia ex omnibus libris. Ex plurimis repone Opp. Hal. IV. 118. ἐς δ' ἔπεσον μάλα πάντες pro ἅμα. In Cyneg. II. 89. pro ἐνηῆες ἀνέχονται scribendum videtur ἐνηῆες παρέχονται.

In Theocrito VII. 145. δαψιλέως ἄμμιν ἐκυλίνδετο, quanquam et caesura et maior carminis gravitas excuset productionem, malim scribere ἅμιν. In IX. 4. ἅμα βόσκοιντο, XI. 39. ἅμα κὴμαυτόν restituendum est Doricum ἁμᾷ. In XIII. 71:

— — χαλεπὰ γὰρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἄμυσσεν.

lege χαλεπός. In VIII. 74:

ὃ μὰν οὐδὲ λόγον ἐκρίθην ἄπο τὸν πικρὸν αὐτᾷ.

ex libris scribi potest λόγων; quanquam hoc necessarium non videtur.

In Bione XV. 3:

ἄεισεν Πολύφαμος ἐπ' ἠϊόνι Γαλατείᾳ.

repone ἐπ' ᾐόνι τᾷ Γαλατείᾳ.

Accedimus ad eorum poetarum versus heroicos, qui graviores res quam didactici tractabant.

Huc refero plurima Theocritea carmina, in quibus non infrequens est brevis syllabae productio. I. 125. λίπε Ῥίον. III. 12. ἐμὸν ἄχος. XV. 90. πασάμενος ἐπίτασσε. 100. Ἰδάλιον ἐφίλασας. 123. ὦ ἔβενος, ὦ χρυσός. XVI. 62. ὕδατι νίζειν. XVII. 79. χθαμαλὸς (Br. χθαμαλὴ) Αἴγυπτος. XXII. 86. ἅπαν Ἀμύκοιο. XXV. 2. παυσάμενος ἀγόρευε. 57. ἐποψόμενος, ᾗ οἱ νήριθμος in caesura. 69. ἀμφότερον, ὀδμῇ τε χροός. 73. ὅγε λάεσσι. 87. μετ' αὔλιά τε σηκούς τε. 172. ὧς κεῖνος (sic) ἀγόρευε. 201. ποταμὸς ὥς. 203. ναῖον ἄτλητα παθόντες. 211. ὅθι λῖς. 222. πρὶν ἰδέειν. 258. πρὶν ἔμ' ἱκέσθαι. 235. ἀπὸ νευρῆς. 257. ἐπὶ λασίοιο.

In Callimacho est H. in Apoll. 19. ἡ κίθαριν ἢ τόξα. 20. οὐδὲ Θέτις Ἀχιλῆα. H. in Dian. 61. ἐπὶ μέγα. 80. Κύκλωπες, ἤ μοί τι. 150. μάλα μέγαν. H. in Del. 193. ἀνθέρικος ὥς. 292. Οὖπίς τε Λοξώ τε. H. in Cer. 22. Τριπτόλεμος ἀγαθὰν in caesura.

Sed multo frequentior est productio apud eos poetas, qui et gravius tractabant argumentum et simile Homero. Ex his cum sit Theocritus in carmine XXV., multo ibi saepius reperitur, quum in ceteris Theocriteis. Tria autem carmina heroica Nonno priora relicta sunt, Apollonii, Quinti et Orphei. Hi proinde Homeri fuerunt imitatores et saepius admiserunt productionem, quam omnes aequales poetae, sed qui in alio genere versabantur.

In Quinto praeter vulgaria et ex Homero nota, ut ὑπὸ νεφέων, ἐπὶ νέφεα, ἀνὰ μόθον, κατὰ μόθον, ἀπὸ μελέων, ἀπὸ μεγάλων, ἐνὶ μέσσοις, et similia, ἀπὸ νέκυος III. 218. περὶ νέκυν 307. περὶ νέκυας XIV. 400. περὶ μελέεσσι 315. κύνες ὥς VI. 611. hae sunt certae productiones:

In caesura quidem: I. 529. Δηΐοχον ἰδ' ἀρήϊον Ὕλλον. ut ibi legendum. II. 139. Ζηνὶ μεγασθενέϊ· ὁ δ' ἄρ' ὤπασεν. VII. 318. ἐφεζόμενος, ὁ δ' ἐρυκανόωντα. Aliis locis: II. 542. ἀντικρὺ μέλαν. III. 264. ἀμφὶ νέκυν Ἀχιλῆος. 440. ἐπιστάμενος ἐς Ἄρηα. 640. πνοιαί τε λιγέων ἀνέμων. 733. μέλιτι λιαρῷ. IV. 386. ἀριπρεπέϊ Διονύσῳ. V. 113. μένῳ ἔσαν Ἀχιλῆϊ. VI. 477. ἐνὶ μυχάτοισι. VI. 651. XIII. 218. XIV. 588. μέλας ἐκιχήσατο. X. 194. μέλας ἐνὶ ἠέρι. VIII. 42. οἷαν δὲ νέφος εἶσι. 144. ὀστέα τε σάρκας τε. IX. 184. ὑπὸ μελίῃ. XI. 66. ἀλλ' ὅ σφιν ἐπὶ πῆμα. 107. ποτὶ μόρον. XIV. 410. εἰςέβαλον· ἡ δέ σφιν. ita enim legendum est.

Pluries in Quinto restituenda est productio, partim ex veteribus editionibus. VII. 426:

Τρῶες ἐϋπτόλεμοι, τοὶ δὲ τάχα τείχεα μακρὰ
ῥηξάμενοι, πυρὶ νῆας ἐνιπρήσουσι μάλ' αἰνῶς.

Recte olim fuit τοὶ δὴ τάχα. VIII. 357:

— — — — — — ὁδὲ μὲν ἐσθλὴ
Παλλὰς ἐνὶ πεδίῳ Τρώων μένεν.

Vulgo ἐν πεδίῳ. Lege Παλλὰς ἔτ' ἐν πεδίῳ. X. 378:

μήδετο λοίγια ἔργα, τὰ μὴ ὄφελον ἐνόησα.

Vulgo ὤφελλ' ἐνόησα. Correctioni meae ὤφελλον ὀτλῆσαι hoc solum obstare potest, quod ubique ὄφελον est in ista locutione. XIII. 244:

ἡ δὲ μέγα μύζυσα κυλίνδετο πολλὸν ἐπ' αἶαν.

Vulgo μέγα μείζυσα. Unice verum est Rhodomanni μέγ' οἰμώζυσα.

In Orpheo (Herm. p. 719.) est 98: παραιφάμενος ἐρεείνεις. 505. Αἰνῆος υἱός, si forte vere coniecit Hermannus. 508. εἰλίποδας ἕλικας βῦς. 767. 774. 1098. παραιφάμενος ἐπέεσσι. 782. ἐνὶ μεγάροισιν. 811. κάλλος τε μέγεθός τε. 1195. μέγα νέφος. 1264. κοίλῳ ἐπὶ λυγρῷ. 1340. δέμας εἰκυῖα. 1367. περικτίονες ἄνθρωποι. 1384. ἐνὶ λέκτροις.

Omnium horum scriptorum usum si accurate inspiciamus, apparebit, et carminis genus et scriptoris aetatem magna fecisse discrimina. Exiguus est in didacticis productionis usus et in leviorum carminum auctoribus, frequens in heroicis et proprie epicis; quod si Homericae imitationi tribuas, ipsa imitatio carminis generi tribuenda erit. Praeterea ex didacticis — quoniam ex his plurimi supersunt — apparet, seriorem aetatem et Nonni ingenio propiorem pauciora admisisse quam priorem; quare frequentior usus in Arato et Nicandro, quam in Oppiano. Quae si tenemus, non est mirandus frequens in Apollonio productionis usus, cuius scriptoris et antiquior fuerit quam Quinti et Orphei aetas et argumentum Homerico et heroico simile. Neque

magis mirandum esset, si forte non satis secutus esset Homericas leges, sed nonnunquam paullulum ab iis decessisset. Nam, quod in quibusdam prosodiae minutiis in capite tertio demonstravi, malos etiam versus finxisse Apollonium, hoc in aliis rebus, quae ad numeros spectarent, itidem fieri poterat. Cuius rei luculentum exemplum habemus non procul ab ipsa operis fronte. Quam angustis finibus brevis syllabae productio arseos vi effecta circumscripta fuerit, ex hac ipsa nostra disputatione satis apparet; sed constat, eam, nisi arseos vi, fieri non potuisse. Sed ecce! a legitimo usu deflectens Apollonius productionem ante liquidam etiam in thesi admisit. Neque tantum ante eam liquidam, quae facilius quam ceterae geminatur, III. 848:

ἧτ' ἂν ὄγ' ὕτε ῥηκτὸς ἔοι χαλκοῖο τυπῆσιν·

sed ante eam, quae omnium aegerrime, eamque positam in sequentis verbi initio, I. 267:

πέφραδον· οἱ δὲ σῖγα κατηφέες ἠείροντο.

in quo versu antea fuit, ut in capite tertio dixi: *πέφραδον· τοὶ δ' αἶψα κατ. ἠ.* Ut unum sanaret vitium, alterum multo peius operi suo inflixit. Nam ne ulla corruptionis suspicione ob inauditam in hic certe serioribus poetis rem tangaris, compares quaeso III. 123:

— — — ὁ δ' ἐγγύθεν ὀκλαδὸν ἧστο
σῖγα κατηφιόων.

Editores illa res non advertit praeter unum H. Stephanum, qui frustra scripsit *οἱ δαὶ σῖγα*, ob-

scure sentiens, male rem suam egisse Apollonium. Verum id si licere sibi putavit Apollonius, quantum in producendis arseos vi syllabis sibi sumpsisse videatur! Atque hoc si fecit, morosos esse profecto non decet; in eo genere commissa vitia qui corrigat, ludat operam. Attamen non opus est illa indulgentia; nam Homericas productionis leges non migravit Apollonius. Ipsas inquam leges; adeo enim anxie neque is ipse neque alii versabantur, ut, nisi ipsam locutionem in Homero legissent, in carmina non reciperent. Sed videamus singulos locos.

Homerica verba sunt I. 383. *μάλα μέγα*. 639. *ἐπὶ δέος*. 810. et saepe *ἐνὶ μεγάροις*. 1036. II. 576. *περὶ μέγα*. I. 1297. *πυρὸς ὥς*. II. 111. *κατὰ λαπάρην*. III. 36. *ἐπὶ μέγα*. 445. *παρὰ λιπαρήν*. 534. *ἀπὸ μεγάροιο*. 1124. *θεὸν ὥς*. IV. 528. *τρίποδα μέγαν*. II. 566. *νέφος ὥς*.

Cetera sunt haec: I. 289. *πολέος ἐμέγηρε τόκοιο*. 936. *ἔστι δέ τις αἰπεῖα*. 1096. *ἀλκυόνος ἁλίης*. 1198. *ἠνορέῃ πίσυνος· ἐν δὲ πλατύν*. II. 360. *ἔστι δέ τις ἄκρη*. 1158. *τῷ δὲ Μέλας· ἐμὲ δ' αὐτόν*. III. 1381. *ἡμίσεας ἀνέχοντας*. IV. 282. *ἔστι δέ τις ποταμός, ὕπατον κέρας*. 829. *νυκτιπόλος Ἑκάτη*. 1398. *χθόνιος ὄφις*. 1422. *λισσόμενος ἀδινῇ ὀπί*. 1544. *πυρὸς ἐναλίγκια*. — III. 760. *κέαρ ἐλελίζετο*. II. 1023. *μέσσῃσιν ἔνι ῥέζουσιν κούρης*. IV. 1284. *αὐτόματα ξόανα ῥέῃ*. — I. 464. *ἐνὶ μέσσοισιν*, quod an Homerus, an Hesiodus, an alius antiquus poeta dixerit, plane nihil refert; satis fuit, si similia fuerunt in Ho-

mero, ac, puto, satis simile est ἐνὶ μεγάροις. 563. τότε μέγαν. 670. περὶ δὲ μενέαιν' ἀγορεῦσαι. 1191. ὀδὲ μέγα. II. 207. μάλα μόλις. III. 458. αὐδή τε μῦθοί τε. 1210. ἐπὶ δὲ μιγάδας χέε λοιβάς. IV. 361. κλέα τε μεγάρων. 486. ἠὲ μέγα πῶϋ λέοντος. 543. Νηϊάδα Μελίτην. 870. νύκτα διὰ μέσσην. — I. 725. ἠέλιον ἀνιόντα. IV. 176. χρύσεον ἐφύπερθεν ἄωτον. 526. ὀδέ σφιν, ὡς καὶ πρίν. 600. βαρὺν ἀνεκήκιεν ἀτμόν. 1534. νέκυν ἐλεεινὰ παθόντα. — II. 1071. ἔπι δὲ λόφοι ἐσσείοντο. IV. 1171. οἷσιν ἔνι λεχέεσσι. — II. 183. ἐπὶ δηναιὸν ἴαλλε. — Minus obvia est productio, quam ν et σ efficiunt initio verborum posita. Attamen non turbanda sunt talia; tenemus IV. 125. βέβλητο, νεφέλῃ ἐναλίγκιον, etiam II. 747. ὅτε νάσσεσθαι ἔμελλον, quod facile scribi potuit ὅτ' ἐννάσσεσθαι. III. 1384. τὸς δὲ νέον ἑστηῶτας. IV. 620. ὀδ' ἐπὶ γηθοσύνας τράπετο νόος, quem locum facili transpositione correxit Hermannus; non assentior. Magis etiam mihi persuasi, sanum esse II. 415. ἀσπασίως κε παρὰ σέο καὶ τὸ δαείην, ubi, si Hermanni coniectura improbatur, potuit παραὶ σέο legi. Sed παραὶ, nisi necessarium fuit, non videntur dixisse poetae; neque aliam similem formam, nisi forte ὑπαί. Ut illic, παρὰ σέο est in Homero. Od. Κ. 238. κατὰ συφεοῖσιν. Φ. 219. ὀλὴν τήν ποτέ με σῦς ἤλασεν, in caesura. Λ. 219. ὀ γὰρ ἔτι σάρκας. Il. Ρ. 463. ὅτε σεύαιτο διώκειν. Ψ. 198. ὕλη τε σεύαιτο. Atque ista si ferimus facile sananda, multo mi-

nus turbabimus alia ab Hermanno infeliciter tentata. I. 1360:

ἀκτὴν ἐκ κόλποιο μάλ' εὐρεῖαν ἐςιδέσθαι.

Hermannus: *λίην εὐρεῖαν ἰδέσθαι*. An accusativi ultima producatur in Homero, nescio; de similibus, *ἔφαν*, *ἴσαν* etc., nulla est dubitatio. Hoc autem sufficere videtur ad tuendum *μάλ' εὐρεῖαν*. Genuinum est etiam II. 358:

Παφλαγόνων, τοῖσιν Ἐνετήϊος ἐμβασίλευεν.

in quibus alia quidem est diversa lectio *μενεδήϊος* plurimorum Codicum, sed *τοῖσίν τ'*, quod placet Hermanno, soli debetur Aldinae, cuius nulla, saltem admodum exigua est auctoritas.

Omnino nulla productio arsi effecta in Apollonio reperitur, quae Homericis legibus repugnet. Unus olim locus offendit II. 119:

αἶψα μάλα τεταγὼν πέλεκυν μέγαν.

in quo verum videtur Sanctamandi et Heynii *μάλ' ἀντεταγών*. In alio loco restituenda est productio, III. 14:

ἦ καὶ τόνγ' ἐπέεσσι παραιφάμενοι πεπίθοιεν
μειλιχίοις; ἦ μὲν γὰρ ὑπερφίαλος πέλει αἰνῶς.
ἔμπης δ' οὔ τινα πεῖραν ἀποτρωπᾶσθαι ἔοικεν.

„demulceantne illum? nam est admodum superbus. Attamen experiendum est.“ Apparet, ineptum esse illud nam; exspectes quidem

vel simile quid. Hoc ex libris desumendum. *ἦ μέν γάρ* in sola Flor. Ed. est et in Codice 2., fortasse etiam in Vratislaviensi. In Caes. Guelf. Med. 1. 3. 4. est *ἦ γὰρ ὁ μέν; ἦ γὰρ ὅδ'* in A. C. D. E.; quod verum est suppeditat B.: *ἦ γὰρ ὅγ' ὑπερφίαλος πέλει αἰνῶς.* Il. *Α.* 342: *ἦ γὰρ ὅγ' ὀλοῇσι φρεσὶ θύει.*

CAPUT OCTAVUM.

De verborum et versus ordinum coniunctione.

De caesura.

Perspecta numerorum materia, id est verborum versibus adaptandorum natura, omnium primum videndum est, qui ordines ei, quem fingere volumus, versui accommodati sint, ut neque nimis exiguorum magna nascatur copia ideoque aegre concipienda sit totius versus ratio, neque, si maiores sint quam debent esse, non quidem totius versus, sed singularum partium ratio difficilior ad lectoris captum fiat. Illud ut efficiatur, versus trochaicos ita metiuntur, ut exiguos pedes binos in unum coniungant ordinem; dactyli satis magni sunt, ut singuli unum conficere possint ordinem; quibus alii ordines in heroico versu inesse videntur, vereor, ne alienam ab horum numerorum ingenio sequantur rationem. Verum ordines minimae sunt rhythmicae compositiones; multi si coniunguntur, ut unam effi-

ciant longiorem compositionem, uno loco opus est, in quo quiescat paullulum vox ad sequentia facilius transitura. Quem locum in versus dimidio esse, par est; sed an sit in ipso dimidio atque in fine pedis, quae est diaeresis, an proxime accedat ad dimidium atque in medio pede ponatur, quae est caesura, cuiusvis rhythmorum generis ingenio definitur. In eo genere, quod natura sua incitatiorem habet progressum, cum non verendum sit, ne in ipso dimidio una cum ordinum fine diaeresi posita, diutius insistendi copia voci praebeatur, prima ratio teneri potest. Quamobrem in duplici genere, quod celerius progreditur quam genus par, ubicunque fieri potest, diaeresis legitima est, ut in tetrametris trochaicis et iambicis; quod etiam in senario iambico factum esset, si et in ordinis fine et simul in medio versu potuisset vox inhiberi. In pari autem genere, ex quo est versus heroicus, ob quietos et aequabiles numeros caesura opus est, quae et inhiberi patiatur vocem et, cum ordinem secet, non nimium temporis concedat voci ad perficiendum ordinem tendenti. Praeterea in trochaeis, qua de re infra loquar, facile fertur pedum separatio; in heroico versu sola dactylorum levitas eam excusat. Iam si diaeresis fuisset post tertium pedem, sive fuisset spondeus sive dactylus, quoniam is diaereseos vi separatus a sequentibus non habuisset ex levitate sua excusationem, plane dissoluti nati essent numeri. Neque per caesuram dactylici or-

dinis adeo deletur separatarum quodammodo partium aequabilitas, quam secato trochaico ordine fieret; hic enim habet sex tempora, ille quattuor. In hoc igitur esset ratio 5: 1, si proxime dimidium incideretur; quae ferri non potest.

Tres sunt caesurae versus heroici, semiquinaria post tertiam arsin, trochaica in tertia thesi, semiseptenaria post quartam arsin; harum una in quoque versu heroico esse debet. Ceterum uti eam solam Aristidem p. 52. secutus, repugnante Boeckhio de metris Pindari I. 16. p. 97., voco diaeresin, quae versum dividit, igitur unam tantum in medio versu, cum ceteri versus loci, in quibus aliquantum inhibeatur vox, exiguae sint ad illam: ita id tantum, quod incisionem versus facit, voco caesuram, deflectens ea in re a nostratium XVI caesuris, minus a veterum usu, qui in eo tantum lapsi sunt, ut ex tribus, quas et illi et nos agnoscimus, caesuris tria genera versuum statuerent, prout plures vel pauciores in versu essent caesurae, Priscian. p. 1217. Mar. Victor. p. 2509. Diomed. p. 497., cum tamen una tantum esse caesura possit ac, si plures esse videantur, ex his pluribus una eligenda sit, quae ceteras opprimat. Quod cum non satis perspexissent Grammatici, factum est, ut etiam interpunctionem in quarti pedis fine frequentem caesuram esse statuerent Diomedes et Marius Victorinus ll. ll. Beda p. 2368. sq. improbati illi a Prisciano et a Terentiano Mauro p. 2426.; attamen neque in pedis fine caesura

esse potest neque extra versus dimidium neque plures in uno versu esse possunt. Unam novi rationem, qua in uno versu duae caesurae collocari possint. In hoc versu:

ἆσθμα συῶν, μύκημα βοῶν, σύριγμα δρακόντων,

gravi interpunctione in pede rhythmico, non extra pedem, tres nascuntur similes partes duaeque caesurae, quarum postrema si sola est in versu heroico, multo longiorem facit priorem partem, quam posteriorem; quare illa dividi potest post secundam arsin; quod si fieret post tempus septimum, iam nulla esset aequabilitas.

Caesura adeo magnam cum habeat vim, ut duas efficiat versus partes, curandum est, ne ea vis iniqua fiat numerorum elegantiae. Quod fieret, si verba separaret, quae aegre separantur. Aegre autem separantur ea verba, quae et significatione sua coniuncta sunt cum sequentibus, ut plurimae particulae cum substantivis, et quorum satis angustus est ambitus, ut possint cum quibus opus est, coniuncta manere, neque caesurae vi ab iis separari oporteat. Quamobrem minutas eiusmodi particulas, quales sunt praepositiones et coniunctiones, eas quidem quae cum verbo sequente coniungendae sint, non separabant ab eo per caesuram poetae; si separabant, in bisyllabis hoc fiebat, in monosyllabis non fiebat. Igitur primum de bisyllabis videndum, quae raro separantur poetis.

Il. *Α*. 53:

ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο.

Α. 349:

δακρύσας ἑτάρων ἄφαρ ἕζετο, νόσφι λιασθείς.

Β. 782:

χωομένῳ, ὅτε τ' ἀμφὶ Τυφωεῖ γαῖαν ἱμάσσῃ.

Ν. 402:

Δηΐφοβος δὲ μάλα σχεδὸν ἤλυθεν Ἰδομενῆος.

Similiter Od. *Ν*. 161.

Ν. 556:

οὐ μὲν γάρ ποτ' ἄνευ δηΐων ἦν, ἀλλὰ κατ' αὐτούς.

Ο. 607:

ἀφλοισμὸς δὲ περὶ στόμα γίγνετο· τὼ δέ οἱ ὄσσε.

Ρ. 595:

ἀστράψας δὲ μάλα μεγάλ' ἔκτυπε, τὴν δ' ἐτίναξε.

Τ. 45:

καὶ μὴν οἱ τότε γ' εἰς ἀγορὴν ἴσαν, οὕνεκ' Ἀχιλλεύς.

ubi ne in quarta sede caesura ponatur, vetat interpunctio.

Υ. 35:

Ἑρμείας, ὃς ἐπὶ φρεσὶ πευκαλίμῃσι κέκασται.

Υ. 75:

ὣς οἱ μὲν θεοὶ ἄντα θεῶν ἴσαν, αὐτὰρ Ἀχαιῶν.

Od. *Γ*. 125:

ἄνδρα νεώτερον ὧδε ἐοικότα μυθήσασθαι.

In serioribus similia sunt *ἄγχι* Nic. Alex. 4. *περὶ* Simmias Anal. II. 525. *ποτὶ* Quint. VII. 89. Sed nullam offensionem habent *ἐχ* Il. *Ε*. 18. *ὥστε* Quint. X. 68. et alia, quae ad periodum, non ad verbum spectant. Rarius etiam postposita

particula disiuncta fuit; in Homero nunquam certa est. Nam Il. *Δ*. 384:

ἔνθ' αὖτ' ἀγγελίην ἔπι Τυδῆ στεῖλαν Ἀχαιοί.

reponendum ἐπί; nova prodit ex nostra re ratio, qua veterum nominativum ἀγγελίης defendas in *Γ*. 206, *Λ*. 140. Hes. Th. 780. a Tollio Excursu II. ad Apoll. Soph. male impugnatum. *N*. 696. *O*. 335:

ἐν Φυλάκῃ γαίης ἄπο πατρίδος, ἄνδρα κατακτάς.

in adiectivo est excusatio. In *Σ*. 191:

στεῦτο γὰρ Ἡφαίστοιο πάρ' οἰσέμεν ἔντεα καλά.

scribendum videtur παροισέμεν.

Non minus curatur, ne minoris ambitus substantiva ab adiectivis suis disiungantur, ut disiungit Theognis 289. (283. Br.):

νῦν δὲ τὰ τῶν ἀγαθῶν κακὰ γίγνεται ἐσθλὰ κακοῖσιν.

Quamobrem in Od. *Ξ*. 492:

φθεγξάμενος δ' ὀλίγῃ ὀπί με πρὸς μῦθον ἔειπεν.

in quarto pede collocanda caesura. In eodem voce ὀπὶ offendit Orpheus Arg. 1283:

ἤειδον δὲ λιγὺ κλάζων ὀπὶ θέσκελον ὕμνον!

Nam cum λιγὺ non possit a κλάζων separari, caesura est in quarto pede. Sed illa lectio debetur Hermanno. In libris est κλάζων διὰ θέσκελον ὕμνον. Lege:

ἤειδον δὲ λιγὺ κλάζων Δία θέσκελον ὕμνον,

„hymnum cantavi in Iovem.“ Rara structura ἤειδον Δία ὕμνον, sed amat ille rariora. Eandem agnosco in Callim. H. in Apoll. 20:

οὐδὲ Θέτις Ἀχιλῆα κινύρεται αἴλινα μήτηρ.

Aeschyl. Agam. 168:

ὃδ' ὅςτις πάροιθεν ἦν μέγας,
παμμάχῳ θράσει βρύων,
ὐδὲν ἂν (sic) λέξαι πρὶν ὤν·
ὃς δ' ἔπειτ' ἔφυ τρια-
κτῆρος οἴχεται τυχών.
Ζῆνα δέ τις προφρόνως ἐπινίκια κλάζων
τεύξεται φρενῶν τὸ πᾶν.

ita enim digerendi isti versus et proinde etiam in stropha hexametri exhibendi. Aeschylus apud Plat. Rep. II. p. 383:

— — θεοφιλεῖς ἐμὰς τύχας
παιῶν' ἐπευφήμησε.

Eurip. Iphig. Aul. 1468:

ὑμεῖς δ' ἐπευφημήσατ', ὦ νεάνιδες,
παιᾶνα, τῇ 'μῇ συμφορᾷ, Διὸς κόραν
Ἄρτεμιν.

Herc. Fur. 687:

παιᾶνα μὲν Δηλιάδες
ὑμνῦσ' ἀμφὶ πύλας τὸν
Λατῦς εὔπαιδα γόνον.

Altera lectio αὐδὴν, ἀοιδὴν orta ex ᾠδὴν, et hoc ex interpretatione verbi ὕμνον.

Aliquoties tamen postpositae particulae disiunctionem admisisse videtur Apollonius. I. 94:

Πηλεὺς δὲ Φθίῃ ἐνὶ δώματα ναῖε λιασθείς.

IV. 988:

Δηὼ γὰρ κείνῃ ἐνὶ δή ποτε νάσσατο γαίῃ.

IV. 1689:

κεῖνο μὲν ὖν Κρήτῃ ἐνὶ δὴ κνέφας ηὐλίζοντο.

Sed in his *ἐνὶ* scribendum et ad verbum referendum.

In sequente substantivo excusatio est III. 57:

ἤδη γὰρ ποταμῷ ἔνι Φάσιδι νῆα κατίσχει.

etiam, ut mihi quidem videtur, I. 121:

Αἰολίδης σταθμοῖσιν ἐν Ἰφίκλοιο Μελάμπους.

Q. Smyrn. XIII. 157:

οὐτάμενος σταθμοῖς ἔνι ποιμένος ἀγραύλοιο.

Oppian. Hal. IV. 156:

ἠὲ νέον ζεύγλῃσιν ὑπ' εὐναίης Ἀφροδίτης.

Cyneg. III. 176:

τοῖά νύ που βένθεσσιν ἐν εὐρυπόροιο θαλάσσης.

Sed in Quinto III. 523. legendum:

λύσαντες λεχέεσσ' ἀνιθείομεν· οὐ γὰρ ἔοικεν.

X. 254:

τείρετο· τὸν δ' ἀλύοντα μέγ' ἄμφεπον ἰητῆρες.

cum *ἄμφεπον* iungendum *μέγα*.

Solus Nicander vix absolvendus erit hoc vitio Alex. 108:

καί τε σύγ' ἢ καρύης ἄπο δάκρυον, ἢ ἀταλάμνου.

Nam in Marcello 41. quivis videt scribendum esse:

καὶ θῦσαι θυέων· ἀτὰρ οὐκ ἀέκοντος ἀνάγκῃ.

non *θῦσαι· θυέων ἀτάρ*.

Iam quam rara fuerit bisyllaborum disiunctio, satis apparet; in monosyllabis boni poetae nunquam eam admiserunt. Qui loci repugnant, corrupti sunt, et plerumque etiam aliis rationibus corruptio intelligitur. Ut in Lithicis 520:

δηρὸν δ' οὐ μετέπειτα πάγῳ περιπαχνωθεῖσα
πετροῦται, καὶ χερσὶν ἐν ὀκριόεντα τεῇσιν
ἀμφαφάεις λίθον.

offendit ἐν, quod rarissime anastrophen patitur. Praeter Nicandri unum locum Ther. 613:

Μάντιν ἐνὶ ζωοῖσι γεράσμιον· ᾗ ἐν Ἀπόλλων μαντοσύνας Κοροπαῖος ἐθήκατο καὶ θέμιν ἀνδρῶν.

— nam Ther. 673. legendum est *κανθῷ ἐνὶ ῥυτῆρι* — solum, qui eam admiserit, scio Apollonium I. 770:

Μαινάλῳ· ἐν ποτέ οἱ ξεινήϊον ἐγγυάλιξε.

II. 908:

ᾧ ἐν ἀμειδήτως ἁγίας εὐνάζετο νύκτας.

IV. 13:

τάρφεσιν ἐν ξυλόχοιο κυνῶν ἐφόβησεν ὁμοκλή.

Quare videndum, de quonam Apollonio loquantur Schol. Ven. ad Il. Δ. 410:

τῷ μή μοι πατέρας ποθ' ὁμοίῃ ἔνθεο τιμῇ.

Ἀπολλώνιος διαστέλλει τὸ ἐν, ἵνα γένηται ἐν ὁμοίᾳ. In Lithicis revocanda antiqua lectio ἐνιχριμφθέντα τεῇσιν.

Articulum, quem contra Homericum usum admittunt seriores poetae, par est nunquam a substantivo suo separari. Quamobrem ferri potest in tertii pedis principio positus articulus, si in quarto caesuram facere licet, ut Orph. Hymn. LIII. 5:

αὐτὸς δ' ἡνίκα τὸν τριετῆ πάλι κῶμον ἐγείρῃς.

Theocr. X. 29:

ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς στεφάνοις τὰ πρᾶτα λέγονται.

In nescio cuius, fortasse ipsius Moschi, versu, qui post Mosch. III. 94. legitur, in Scaligeri libro:

πάντοσε κλαύσει σ' ἡ νῆσος Σικελή τ' Ἀρέθουσα.

Palladae V:

καὶ γάρ τις διὰ τὴν ὥραν τοῖς πολλὰ διδοῦσιν
οὐχ ἕπεται.

Epigr. adesp. DXCIX:

ἐνθάδε Γοργίου ἡ κυνικοῦ κεφαλὴ κατάκειμαι.

Neque offensio est, ubi videtur articulus esse, sed Homericus est articulus, id est pronomen demonstrativum, ut Theocr. XXI. 47:

τὸν κάλαμον δ' ὑπὸ τοῦ κινήματος ἀγκύλον εἶχον.

Orph. fragm. II. 40:

ὦ τέκνον, σὺ δὲ τοῖσι νόοισι πελάζεο, γλῶσσαν
εὖ μάλ' ἐπικρατέων.

ubi si fuit offensio, σὺ δ' ἐμοῖσι potuit scribi. Qui vere articulus est, eum nunquam a substantivo separabant Epici. In Oppiano Cyneg. IV. 433:

καὶ μὴν ἀτραπιτοῖο πολυστιβίην ἀλεείνειν
καὶ πάτον, ἐν δ' ἄρα τῇσι γεωμορίῃσιν ἐλαύνειν.

lege ἐν δ' ἄρα χρή σε.

Quamobrem sane mirum est, in pentametri diaeresi, quae multo maiorem habeat vim, quam hexametri caesura, non raro reperiri articuli disiunctionem. Meleager LVI:

ἅπτε τάχος. ποῦ δ' ἡ πρόσθε λόγων μελέτη;

Asclepiades VI:

οὑμὸς Ἔρως παρὰ τὴν Κύπριν ἐπιστρέφεται.

Leonidas autem Tarentinus ita saepe, ut hac licentia delectatus esse videatur. Epigr. VIII:

ἄτρακτον καὶ τὰν ἄτρια κριναμέναν.

In Ep. XIV. bis:

τὼς Λαρισσαίως κυογάστορας ἑψητῆρας,
καὶ χύτρως καὶ τὰν εὐρυχαδῆ κύλικα,
καὶ τὰν εὐχάλκωτον ἐΰγναμπτόν τε κρεάγραν
καὶ κνῆστιν καὶ τὰν ἐτνοδόπον τορύναν.

In Ep. XVI. restituit Iacobsius Act. Monae. Vol. I. p. 128:

Ἑρμῆς, ἀλλ' ἴδε τὸν κρήγυον ὑλοφόρον.

Praeterea in XX. XXII. XXV. bisque in XLVII. Phanias VI:

φασγανίδας καὶ τὼς συλόνυχας σφόνυχας.

Diodorus Zonas V. (Brunck. Anal. II. p. 81.):

ἢ πρῖνον ἢ τὰν αὐαλέαν κόμαρον.

Aristo I. (Anal. II. p. 258.):

εὔπετρον καὶ τὰν κρειοδόκον σκαφίδα.

Strato XLIII:

αὔριον, ὃ παρὰ τὴν σήμερον ὀλλύμεθα.

Iulianus Aegypt. XXVII:

ἄλγος ἐὸν καὶ τοῖς τηλόθι δερκομένοις.

Epigr. adesp. CCLXXII:

πριομένων ἐπὶ τὰς τῶν πέλας εὐτυχίας.

In tragicorum tetrametris nunquam caesura articulum vel particulas ab iis verbis disiungi, quibuscum coniungi debent, notavit Porsonus praef. Hec. p. XLVIII. Quare pro corrupto habendus est Eurip. Iph. A. 1389. Atque omnino ubi gravior est caesura, minime potest violari istud praeceptum: vel vernaculum nostrum Nibelungorum carmen hanc sententiam confirmat. In comicorum tetrametris quia violari

potest caesura, etiam articuli et particularum distractio locum habet. In trochaicis distractus reperitur articulus Aristoph. Nub. 618. 1131. Herm. Ran. 724. Ach. 316. Vesp. 438. 456. 1111. Pac. 564. 633. Av. 285. 364. 1081. 1112. Lys. 619. In iambicis Plut. 302. Ran. 909. Eq. 363. 849. Neque plane mihi persuasit Porsonus praef. ad Hec. p. LIV. ab anapaestis alienam fuisse istam licentiam, cum particularum distractiones etiam in anapaestis reperiantur.

Revertor ad hexametrum. In quo qui loci adhuc nostris legibus repugnant *), in iis omnibus encliticorum disiunctio est, nunquam illa toleranda. In Homero Odyss. *I.* 87. apertum scribendum esse:

αὐτὰρ ἐπεὶ σίτοιό τ᾽ ἐπασσάμεθ᾽ ἠδὲ ποτῆτος,

non *σίτοιό τε πασσάμεθ᾽ ἠδὲ π.* In Theocrito XIV. 29:

ἤδη δ᾽ ὦν πόσιος τοι τέτταρες ἐν βάθει ἦμες.

lege *τοὶ τέτταρες.* In Callimachi fragm. CXXIV:

εἴδεος· ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέον Αἱμονίηθεν
μεμβλωκὸς πίλημά τι πέτρυ ἄλκαρ ἔκειτο.

---

*) Transmisi abruptum Phocylidis fragmentum (Brunck. Anal. I. p. 73):

παῖδ᾽ ἔτ᾽ ἐόντα χρεὼν δὴ καλὰ διδασκέμεν ἔργα,

quia in eo admodum incerta est emendandi ratio. Fuit fortasse:

παῖδ᾽ ἔτ᾽ ἐόντα, γέρον, δεῖ καλὰ διδασκέμεν ἔργα.

Quanquam Epici non frequentant *δεῖ*, Gnomici tamen usurpare potuerunt.

aut scribendum est cum Scaligero:

μεμβλωκὸς πίλημ' ἄλκαρ ἔκειτο πέτρου.

aut, si vere coniecit Bentleius ὕετου, quod simili Apollonii Rhodii loco probabiliter tuetur, scripserim:

— — — ἀμφίδεεν κεφαλῇ νέον Αἱμονίηθεν
μεμβλωκὸς πίλημ', ὅ οἱ ὕετου ἄλκαρ ἔκειτο.

Manetho I. 88:

ἢ παρ' ὑγροῖσι τόποισι πανήμεροι ἐργάζονται,
μήποτε τῶν ἰδίων τι κτώμενοι ἐκ καμάτων γε.

fortasse scripsit τῶν ἰδίων κεκτημένοι. In Quinto Smyrnaeo VIII. 400:

— — — ἐπεὶ σφισι τλήμονα Φοῖβος
ἧκε βίην· αἰεὶ γάρ οἱ ἤθελε θυμὸς ἀμύνειν
Τρωσὶν ἐϋπτολέμοισι, καὶ Ἕκτορος οἰχομένοιο.

cum Pauwio scripsit Tychsenius. Sed retinendum αἰεὶ γάρ οἱ ἀμύνειν ἤθελε θυμὸς, modo οἱ deleas cum Rhodomanno. XIII. 176:

— — — — τῷ δ' οὐ θεὸς ἐξετέλεσσεν
ἐλπωρήν· Κῆρες γάρ οἱ προέηκαν ὄλεθρον.

Lege Κῆρες γὰρ ἐπιπροέηκαν. In Lithicorum scriptore 118:

οὐκ ἴδον — ὀφθαλμοὶ δέ μοι ὀρνίθων λελίηντο —

corrige: ὀφθαλμοὶ δὲ μάλ' ὀρνίθων λελίηντο. In Orphei Argonauticis 606:

ὄφρα κε μειλίξαιντό οἱ εὐοίνοις ἐπιλοιβαῖς
Ῥείην πρεσβυγενῆ, θυμὸν δ' ἀλέοιντο ἀνάσσης.

οἱ debetur Hermanno, cui sane saepius, quam ipsi poetae, versus istud explementum placuit. Pro librorum μειλίξαιντο εὐοινίστοις cum Pier-

sono scribendum videtur *μειλίξαιντ' εὐαγνίστοις.* Saltem id melius, quam ceterorum molimina. In Antipatro Sidonio LII:

κεῖνα μὲν ἠμαύρωτό γε, κῆνιδε νόσφιν Ὀλύμπω
Ἅλιος ὐδέν πω τοῖον ἐπηυγάσατο.

refinge:

κεῖνα μὲν ἠμαύρωτο καὶ ἤριπε· νόσφιν Ὀλύμπω etc.

De ordinum sive pedum separatione.

In ordinibus versus heroici coniungendis omnium primum caesuram ut plane necessariam spectandam esse, vidimus; ea si est in hexametro dactylico, heroicus versus vocari potest. Verum bonis versibus aliae praeterea leges impositae sunt. Non id solum requiritur, ut incisione facilior et ad pronuntiandum et ad captum auditoris evadat versus, sed etiam, ut singuli ordines eleganter secum coniungantur. Etenim dubitari potest, si ut materia rhythmi verba offerantur, quae plane eum efficiunt pedem, quem poetae rhythmus postulat, idne potius instituendum sit poetae, ut verbi pes congruat cum versus pede, sive, quod idem est in versu heroico, ordine, an melius sit utrasque sibi rationes repugnare. Ad faciliorem sensus intellectum utile potest videri illud institutum, quanquam Graeco lectori minime necessarium. Altera ratio ut teneatur, plura sunt quae suadeant eaque gravissima. Nam si, ubi verbum, ibi etiam pes rhythmicus saepe finiretur, congruentibus hic quoque materia et rhythmica forma, neque, ut obstat in ipsius verbi

ambitu accentus syllabas in verbum coniungens, hic ulla obstante re, quo minus diutius, quam debet, quiesceret vox, certo ob difficilem illam pronuntiationem dissolutus evaderet versus ideoque malus, ubicunque mala est dissolutio. Verum dissolutio non est ubique mala, adeoque bona est et legitima in vehementioribus rhythmis, ut in anapaestis; praeterea in iis saepe admitti potest, qui levitate ceteris praestant, ut trochaei et dactyli; qui cum natura sua leves sint, rursus, quanto maior est dissolutio, eo maior fit levitas. Ita factum est, ut, ubi maiorem rhythmorum levitatem quaererent poetae, dissolutionem rhythmorum eam, quae pedum separatione nascitur, admitterent. Quamobrem in postrema parte versus heroici, ubi, pulmonibus exhaustis, maiore opus fuit levitate, praeter leviores dactylicos numeros plerumque etiam separationem dactylorum admittebant poetae. Quanquam si omnino dactyli sunt in priori parte, etiam separatio levissimorum numerorum facile fertur. Igitur in hoc versu nulla est offensio:

λεύσσετε γὰρ τόγε πάντες, ὅ μοι γέρας ἔρχεται ἄλλῃ.

Alia erat res, si spondeis utebantur poetae. Qui numeri cum nunquam leves, sed ubique natura sua graves sint, si separati proferantur, nunquam grati sunt, verum, si cetera melioribus numeris instruxit poeta, feruntur ut pauci contrarii in magno certe bene procedentium numero fugientes lectoris animadversionem. Ac si omnino admittitur spondeorum separatio, languor, quem

necessario efficit, ferendus est in priore commate *), cuius natura sua lentior est progressus; in posteriore, in quo vocis defectioni numerorum levitate succurri debet, multo est ingratior. Ita factum est, ut in Homero non desint versus, quorum primum comma separatos habet spondeos; qualis hic est:

ἀνδρῶν ἐσθλῶν παῖδες, ἀτὰρ θεὸς ἄλλοτε ἄλλῳ.

Tribuendi sunt antiquorum Epicorum negligentiae, quae sane fuit, etsi non ea quam vulgo

*) Cum loquor de commatibus, illam significationem verbi a lectore teneri velim, quae valet apud accurate loquentes Grammaticos. Hi, aliter quam oratores (cf. Cicero Orat. 62. Beda de metris p. 2369.), ita distinguunt κῶλα et κόμματα, ut κῶλα sint periodi sensu definitae, κόμματα eae periodi, in quas unusquisque versus metricis rationibus dividitur, i. e. in longioribus versibus eae partes quae caesura constituuntur. Illud discrimen agnovit Priscianus in partit. XII vers. Aen. p. 1216, 28: „per cola divisio separatur in certas integras partes orationis: per pedes vero secundum metri rationem et per commata similiter." Atque ex illo ipso libro pluribus locis patet id, quod dixi, Priscianum de commatibus loquentum intellexisse. Qui non minus accurate loquebantur latine scribentes Grammatici, eadem significatione utebantur voce *incisio.* cf. Beda de metris p. 2369, 23. Minus bene Atilius Fortunatianus p. 2689: „Colon est pars sive partes versus integris pedibus impletae; comma pars versus sive partes imperfectae." Similia habet Marius Victorinus p. 2498, 1. Quod idem ait p. 2498, 6: „abusive etiam comma dicitur colon," id suo ipsius exemplo confirmat p. 2508, 11. ita de caesura scribens: „omnis versus in duo cola formandus est."

agnoscunt; tolerabilem fecit lentus in universum progressus heroici carminis. Ex serioribus qui heroicum argumentum tractabant, etiam lentiores habebant numeros; quamobrem in Apollonio, Quinto, Orpheo frequentior est spondeorum separatio quam in ceteris poetis, praesertim limatioribus. Facile hoc apparet, si quis vel unam Apollonii et Callimachi paginam comparet. Apollonii huic versu:

φράζεο δ', ὅππως χεῖρας ἐμὰς σόος ἐξαλέοιο.

similia et peiora etiam plurima leguntur in Argonauticorum libris; in Callimachi reliquiis nihil fortasse simile reperies. Sed, ut dixi, de solo priore commate separationis ista apud heroici carminis auctores licentia intelligenda est; transpositus ille, quem attuli, Homeri versus ita fere:

ἄλλοτε μὲν θεὸς ἄλλο καὶ ἀνδρῶν ἐσθλῶν παῖδες.

pessimus est. Nam quod idem est per se, diversis in locis non est idem.

De spondeo quinti pedis.

Ducimur ea re ad disquisitionem de diversis sedibus versus heroici et quidem de postremis. Cum enim ante dixissem, dactylos separatos ubique admitti, nunc autem in priore commate etiam spondeos, de prioribus nihil est quod moneam, verum de postremis tantummodo; ut hoc quoque accuratius definiam, de sola quarta et quinta. Sexta enim cum et ad finiendum versum aut esse debeat aut intervalli expletione fieri

spondeus, et ob hanc ipsam finiendi versus necessitatem nullo in sequentibus membro rhythmico definita sit, ea profecto ad nostram rem nihil refert. Ac de quarto quidem pede longa est disputatio. Qui cum neque tantam habeat licentiam, quantam primus et secundus, neque adeo sit angustis finibus circumscriptus, quam est quintus, necessario pluribus definiri debet rationibus, quid sibi liceat, quid non liceat. Videamus primum, quid liceat, quae res ex quinti pedis comparatione clarissime perspici poterit. In hoc admittitur spondeus non quidem frequenter, sed admittitur, non tamen dissolutus a sexto pede. Quamobrem nihil offendit in his versibus:

βεβλήκει· αἰχμὴ δὲ διέσσυτο μαιμώωσα.
Ἀργείους ὀλέκοντες ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ.

Sed pessimi sunt non pauci alii, qui in Homero leguntur; quos deinceps enumerabo.

Iliad. *I.* 57:

ἦ μὴν καὶ νέος ἐσσὶ, ἐμὸς δέ κε καὶ παῖς εἴης.

I. 240:

ἀρᾶται δὲ τάχιστα φανήμεναι Ἠῶ δῖαν.

Idem Ἠῶ δῖαν versum finit *Λ.* 723. *Σ.* 255. Od. *Π.* 368.

K. 238:

καλλείπειν, σὺ δὲ χεῖρον' ὀπάσσεαι, αἰδοῖ εἴκων.

K. 299:

οὐδὲ μὲν οὐδὲ Τρῶας ἀγήνορας εἴασ' Ἕκτωρ.

K. 574:

αὐτὰρ ἐπεί σφιν κῦμα θαλάσσης ἱδρῶ πολλόν.

Λ. 389:

οὐκ ἀλέγω, ὡσεί με γυνὴ βάλοι ἢ παῖς ἄφρων.

N. 54:

Ἕκτωρ, ὅς Διὸς εὔχετ' ἐρισθενέος παῖς εἶναι.

Σ. 52:

κλῦτε κασίγνηται Νηρηΐδες, ὄφρ' εὖ πᾶσαι.

Υ. 213. *Ζ*. 150:

εἰ δ' ἐθέλεις καὶ ταῦτα δαήμεναι, ὄφρ' εὖ εἰδῇς.

Odyss. *Β*. 170:

οὐ γὰρ ἀπείρητος μαντεύομαι, ἀλλ' εὖ εἰδώς.

Ξ. 239:

ἤεν ἀνήνασθαι, χαλεπὴ δ' ἔχε δήμου φῆμις.

Ψ. 243:

νύκτα μὲν ἐν περάτῃ δολιχὴν σχέθεν, Ἠῶ δ' αὖτε.

Hymn. in Merc. 321:

πρόσθεν, ἀτὰρ κατόπισθε Διὸς καὶ Λητοῦς υἱός.

Hesiod. Scut. 202:

ἱμερόεν κιθάριζε Διὸς καὶ Λητοῦς υἱός.

Ita enim transpositis verbis legendum pro Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός.

Hesiod. Ἔργ. 574:

φεύγειν δὲ σκιεροὺς θάμνους, καὶ ἐπ' ἠῶ κοῖτον.

Non dubito, fore, ut plerique hos male positos spondeos antiquae negligentiae tribuant; mihi non item videtur. Etenim si constat, vitium esse separatum spondeum in quinto pede, hoc quisque concedet, in tribus illis Homeri locis pro παῖς exhibendum esse πάϊς, frequentem in Homericis formam. Sed admodum est versimile, alia quoque verba, quae contracta tantum novi-

mus, in vetusta lingua solute usurpata esse. Quodsi ponimus fuisse, non solum Ἠῶ, αἰδοῖ, ἱδρῶ, Λητοῦς, sed etiam Ἠόα, αἰδόϊ, ἱδρόα, Λητόος, pessimi illorum versuum evanescunt. Nam de iis, qui restant, eximendi erunt illi, in quibus est ὄφρ' εὖ πᾶσαι, ὄφρ' εὖ εἰδῇς, ἀλλ' εὖ εἰδώς, quoniam in iis εὖ cum sequente verbo in unum fere verbum coalescit. Pro εἴασ' Ἕκτωρ legi potest εὔνασεν Ἕκτωρ. Igitur obstat unus locus Od. Ξ. 238:

— — — — — — οὐδέ τι μῆχος
ἦεν ἀνήνασθαι, χαλεπὴ δ' ἔχε δήμου φῆμις.

qui quoniam unus restat in toto Homero, pro genuino haberi non potest. Fuit fortasse, quae est Barnesii sententia:

— — — — χαλεπὴ δήμου δ' ἔχε φῆμις.

Quanquam offendit longius remotum δέ.

Quod legitur in Hesiodi Ἔργ. 354:

καὶ δόμεν, ὅς κεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν, ὅς κεν μὴ δῷ.

iam Plutarcho non fuit Hesiodeum; sed ne alius quidem poeta ita scripsit. Cypriorum locus sic legitur in Cyclicorum fragmentis vs. 34:

— — — τάχα δ' εἴσιδε κύδιμος ἥρως
δεινοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἔσω δρυὸς ἄμφω κοίλης
Κάστορά θ' ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα.

In Tzetzis Chil. II. 710. Schol. Lycophr. 511. libris, unde desumpta sunt ista, quaenam sit lectionis diversitas, cum non habeam in promptu, nihil certi possum de auctoris verbis statuere. In Scholiis Pind. Nem. X. 114. ubi itidem ista leguntur, est εἰν ὀφθαλμοῖσιν; malum videtur,

quod inde effinxit Heynius: ὀφθαλμοῖσιν ἔσω κοίλης δρυὸς ἡμένω ἄμφω. Fuit fortasse ἔσω κοίλης δρυὸς ἄμφω. In Theognide 627. (637. Br.):

αἰσχρόν τοι μεθύοντα παρ' ἀνδράσι νήφοντ' εἶναι,

ex Mutinensi codice Bekkerus correxit νήφοσιν. Theocrito I. 65:

Θύρσις ὅδ' ὡξ Αἴτνας, καὶ Θύρσιδος ἁδ' ἁ φωνά.

restitue vulgatum olim ἀδέα φωνά. De Moschi II. 97:

Αὐτὰρ ὁ μειλίχιον μυκάσατο· φαίης κ' αὐλοῦ
Μυγδονίου λιγὺν ἦχον ἀνηπύοντος ἀκούειν.

videant alii. In Arato 217. Ἵππου κρήνης unius nominis instar est. In Theodorida Ep. X:

ᾤχεο ἀσκίπων, Κινησία, Ἑρμοῦ λάτρις.

fuit fortasse unum verbum Ἑρμεόλατρις. Paulus Silent. LVIII:

Ἔκφρονα τὴν Βάκχην οὐχ ἡ φύσις, ἀλλ' ἡ τέχνη
θήκατο καὶ μανίην ἐγκατέμικτο λίθῳ.

Quanquam in Epigrammatis plus sibi licere putavit hic scriptor, quam in Ecphrasi, tamen scribendum iudico aut ἀλλά με τέχνη, aut, quod minus est verisimile, ἀλλ' ὁ τεχνίτης.

Antholog. Gr. Vol. XIII. p. 744:

θῆκέ με χήρην ἐγγὺς ἀειρομένου μέσου μαζοῦ.

Ibid. p. 791:

ἀλλ' ἑτέραν πάλι μοι νόσον ἤγαγε γαστρὸς μοῖρα.

Uterque versus ab inscitissimis versificatoribus est.

Minor est offensio, si quintus pes a quarto non separatur, ut in Theognide 61:

μηδένα τῶνδε φίλον ποιεῦ, Πολυπαίδη, ἀστῶν.

In eodem est 191. (193.) *Πολυπαίδη, ἀστῶν.* 541. (553.) *Πολυπαίδη, ὕβρις.* In Nicandro legitur Ther. 877:

κάρδαμον ἀμπίσαιο· σὲ δ' ἂν πολυανθὴς γλήχων.

De positionis usu in quarta sede.

Hactenus de quinto pede. Iam quartum consideramus. Qui in quinto toleratur, non separatus spondeus, in quarto etiam necessario admittitur. Verum etiam separatus quartus non rarus est, hac quidem de causa. Frequens est interpunctio sive periodi finis in quartae sedis initio. Haec ut satis graviter indicaretur neque ad finem properans vox verbis magis exprimendis quam sensui satisfaceret, spondeo posito effecerunt poetae, ut lentius curreret vox. Neque solum si interpunctio fuit, sed etiam si gravitas quaedam numerorum apta videbatur, separato utebantur spondeo in quarta sede. Ut autem vere contineret vocem celerius currentem, gravi sua vi spondeo opus fuit; si externa sequentis verbi vi spondeus fiebat, non potuit sua vi vocem continere, sed properandum erat, ut fieret spondeus. Igitur vitabant spondeum externa vi, hoc est positione, effectum. Ac cum duplex sit positionis genus, alterum, in quo sola sequentis verbi vis brevissimam et ne una quidem consonante

addita paullò validiorem syllabam antecedentem producit, velut in hoc versu:

ἀλλὰ γλῶσσ' ἐμέμικτο· πολύκλητοι δ' ἔσαν ἄνδρες.

alterum, in quo ex arta duarum syllabarum coniunctione, quarum altera finitur consonanti, consonanti incipit altera, prioris productio efficitur, velut illud:

αἴ κεν Τυδέος υἱὸν ἀπόσχῃ Ἰλίυ ἱρῆς.

et quae sunt id genus plurima, primum illud genus in quarta thesi rarissimum est et fortasse plane repudiandum. In Homero quidem nullus est versus, qui speciem huius vitii ferat, si quidem tales versus, quales ille Od. *Λ*. 628:

ἀνδρῶν ἡρώων, οἳ δὴ τὸ πρόσθεν ὄλοντο.

τὸ πρόσθεν etiamsi duo essent verba, omni vacant offensione, quoniam certam inter se habent coniunctionem. Idem valet de articulo apud Callim. H. in Del. 4. *Δῆλος δ' ἐθέλει τὰ πρῶτα φέρεσθαι*. 298. *θέρος τὸ πρῶτον ἰέλων*. Platonem Epigr. XXX. *Ἄρει τὰ στωμύλα ταῦτα*. Nicand. Alex. 491. *ὅσαι τὰ σκληρέα κάρφη*. Maneth. V. 215. *νόει τὸ σχῆμ' ὅτι δηλοῖ*. Ex iis, quae apud seriores poetas offensionem praebent, plura leviter emendanda sunt, ut in Quinto Smyrnaeo XIII. 426. legendum *βλοσυρὰς δ' ἔτρεψεν*. in Nonno XI. 505. *δέμας δ' ἐσφίγγετο*. — Alia gravius corrupta sunt, attamen aperte corrupta. Meleager (Brunck. Anal. Vol. III. Epigr. adesp. 572.):

εἰς γῆρας δ' ὅτ' ἔβην καὶ δῖα θρεψαμένη Κῶς
κἀμὲ θετὸν Μερόπων ἀστὰν ἐγηροτρόφει.

De Iove in illa insula commorante nihil traditur; de Hercule notum est. Fortasse scribendum Ἡρακλέα θρεψαμένη Κῶς, quanquam tum displicet omissus articulus.

Alii loci an corrupti sint, dubitari potest. Theocrit. XXI. 64:

χρύσεον ὡς ἴδες εὗρες· ἴσαι δὲ ψεύδεσιν ὄψεις.

Plura habet illud carmen, quae a Theocriti elegantia abhorreant. Dionys. Perieg. 864:

κεῖνός τοι Κιλίκων περισύρεται ἔθνεα κόλπος
μακρὸς ἐπ' ἀντολίην· Ἀσίης δὲ στεινὰ καλεῦσι.

Orph. Hymn. LXXIII. 6:

ἐν σοὶ γὰρ λύπης τε χαρᾶς τε κλῇδες ὀχεῦνται.

Hoc quanquam ex correctione tantum est Hermanni pro χαρᾶς κληῖδες, necessaria tamen videtur ea correctio. Sed in Oppiano Cyneg. I. 244:

αὐτὰρ ἐπεὶ μέγας ἦν, πειρᾶτο σχέτλιος ἀνήρ.

lege πειρήσατο.

Paulo minus rarum, sed rarum tamen est id genus positionis, quod postremo loco nominavi. Hoc quoque nullam habet offensionem, si extremà pedis quarti syllaba cum sequentibus coniungenda est, ut Il. *I*. 481:

καί με φίλησ', ὡςεί τε πατὴρ ὃν παῖδα φιλήσῃ.

Callim. in Lavacr. Pall. 85:

ἁ νύμφα δ' ἐβόασε· τί μοι τὸν κῶρον ἔρεξας;

vel si ad antecedentia prima pedis quinti syllaba trahenda est, ut Il. *O*. 203:

ἤ τι μεταστρέψεις; στρεπτοὶ μέν τε φρένες ἐσθλῶν.

Od. *Z*. 93:

αὐτὰρ ἐπεὶ πλῦνάν τε καθῆράν τε ῥύπα πάντα.

vel in nomine proprio, ut Il. *B*. 522:

οἳ δ' ἄρα πὰρ ποταμὸν Κηφισὸν δῖον ἔναιον.

ubi malum fuisset δῖον Κηφισὸν ἔναιον.

Hae excusationes si non habent locum, malus est spondeus quarti pedis, positione effectus et a sequentibus separatus; sed sunt talia in Homero; his quidem locis:

Il. *H*. 337:

ἄκριτον ἐκ πεδίου, ἅμα δ' αὐτὸν δείμομεν ὦκα.

K. 389:

νῆας ἔπι γλαφυράς; ἦ σαυτὸν θυμὸς ἀνῆκεν;

Λ. 189:

τόφρ' ἀναχωρείτω, τὸν δ' ἄλλον λαὸν ἀνώχθω.

Λ. 796. *Π*. 38:

ἀλλὰ σέ περ προέτω, ἅμα δ' ἄλλος λαὸς ἑπέσθω.

Σ. 400:

τῇσι πάρ' εἰνάετες χάλκευον δαίδαλα πολλά.

T. 348:

στάξον ἐνὶ στήθεσσ', ἵνα μή μιν λιμὸς ἵκηται.

Φ. 126:

θρώσκων τις κατὰ κῦμα μέλαιναν φρῖχ' ὑπαΐξει.

Ω. 557:

σὴν ἐς πατρίδα γαῖαν, ἐπεί με πρῶτον ἔασας.

Od. *B*. 409 etc.:

Τοῖσι δὲ καὶ μετέειφ' ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο.

P. 371:

τοῦδε περὶ ξείνου· ἦ γάρ μιν πρόσθεν ὄπωπα.

P. 573:

λύγρ' ἔχω, οἶσθα καὶ αὐτὸς, ἐπεί σε πρῶθ' ἱκέτευσα.

T. 576:

νῦν δὲ μνηστήρεσσιν ἄεθλον τῦτον ἐφήσω.

Hes. Ἔργ. 778:

ἤματος ἐκ πλείυ, ὅτε τ' ἴδρις σωρὸν ἀμᾶται.

Th. 287:

Χρυσάωρ δ' ἔτεκε τρικάρηνον Γηρυονῆα.

325:

τὴν μὲν Πήγασος εἷλε καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης.

339:

Στρύμονα, Μαίανδρόν τε καὶ Ἴστρον καλλιρέεθρον.

702:

πίλνατο· τοῖος γάρ κε μέγιστος δῦπος ὀρώρει.

Scut. 395:

ἄρχεται, ᾧ τε πόσις καὶ βρῶσις θῆλυς ἐέρση.

429:

ἐμμενέως δ' ἄρα τῦγε κελαινὸν πίμπλαται ἦτορ.

Homer. Hymn. XXXII. 18:

χρυσέυ ἀπὸ στεφάνυ· ἀκτῖνες δ' ἐνδιάονται.

Theocritus XV. 42:

Ἕρπωμες· Φρυγία, τὸν μικκὸν παῖσδε λαβοῖσα.

Fortasse rarior quaedam forma pro *μικκὸν* restituenda. XV. 83:

ἔμψυχ', ὐχ ἐνυφαντά, σοφόν τι χρῆμ' ὤνθρωπος.

Lege *τοι.* XVII. 20:

ἀντία δ' Ἡρακλῆος ἕδρα σφιν ταυροφόνοιο.

Lege *σφίσι.* Idem reponendum in Hesiodi Scuto 348. Quinto Smyrnaeo XII. 65. — XXII. 88:

χερσὶ τιτυσκόμενος· τῦ δ' ἄκρον τύψε γένειον.

Lege *ἔτυψε*. XXIV. 113:

πάντ' ἔμαθ' Ἑρμείαο διδασκόμενος παρὰ παιδὶ,
Ἀρπαλύκῳ Φανοτῆϊ· τὸν ὐδ' ἂν τηλόθι λεύσσων
θαρσαλέως τις ἔμεινεν ἀεθλεύοντ' ἐν ἀγῶνι.

Lege: *ὐδέ κε τηλόθι.*

Bio I, 61:

καλὸς ἐὼν τοσσῦτον ἔμηνας θηρσὶ παλαίειν.

Lege *ἐμήναο.*

Nicander Ther. 920:

ὄφρα δύην ὀλοῦ καὶ πότμον θηρὸς ἀλύξῃς.

Lege:

ὄφρα δύην ὀλοῦ θηρὸς καὶ πότμον ἀλύξῃς.

Manetho VI. 423:

Εἰνοδίην κόπρον τε καὶ ὄνθον δηθὰ φέροντες.

Quintus Smyrnaeus V. 370:

τῇ εἰκὼς οἴμησεν, ὅπῃ μιν γυῖα φέρεσκον.

X. 73:

ἐν δέ σφιν πέσε δῆρις, ἐπ' ἄλλον δ' ἄλλος ὄρυσε.

XII. 314:

Πρῶτος μὲν κατέβαινεν ἐς ἵππον κητώεντα.

Orpheus Argon. 59:

τάσσε γὰρ ἐκ Κόλχων χρύσειον κῶας ἐνεῖκαι.

Lege *κῶας χρύσειον ἐνεῖκαι*. Ib. 343:

ἄστρα τε τηλεσίφαντα καὶ ἀχλὺν Νυκτὸς ἐρεμνῆς.

Restitue expulsum *ἀχλύα.*

Orph. Hymn. XXXV. 7:

Βράγχιε καὶ Διδυμεῦ, ἑκαεργός, Λοξία, ἁγνέ.

L. 7:

χάρμα βροτοῖς φιλάλυπον, ἔφαπτορ, καλλιέθειρε.

LII. 9:

ῥηξίχθων, λυριφεγγές, ἔφαπτορ, κοῦρε διμήτωρ.

In utroque loco ἔφαπτορ posuit Hermannus ex coniectura pro omnium librorum ἐπάφιε. Hoc restituendum censeo. Brevis vocalis productionem admisit Hymni scriptor, quoniam ita tantum recepit versus.

Orphicus scriptor in Brunck. Anal. Vol. III. p. 2:

Εἰ δέ κεν ἠελίοιο λέοντος μοῖραν ἰόντος.

Oppianus Cyneg. I. 538:

κόλποισιν θέτο θῆρα καὶ αὐτὸν θηροφονῆα.

Panyasis ap. Brunck. Anal. Vol. III. p. 328:

εὖ καὶ ἐπισταμένως, ἅμα τ' ἄλλον φῶτα κελεύῃ.

Epigr. adesp. CXLIV:

Ἑλλάδος εὐρυχόρου σωτῆρες τόνδ' ἀνέθηκαν.

CLII:

Φοῖβε ἄναξ, δῶρόν τοι Ὅμηρος καλὸν ἔδωκα.

CLXVIII:

Εὐρυδίκη Ἱεραπολιῆτις τόνδ' ἀνέθηκε.

CLXXVIII:

Υἱὸς Δινύττα Δάμαρχος τάνδ' ἀνέθηκα.

CCIX:

Ἐνδυμίωνος παῖδ' Αἰτωλὸν τόνδ' ἀνέθηκαν.

Haec omnia unius auctoris videntur.

Omnia, quae reperi, exempla posui, ex quibus hoc liquet, quanquam non plane alienus ab heroici versus usu is spondeus sit, de quo loquimur, rarum tamen esse ideoque tollendum, ubi facile a poeta vitari potuit. Qua ex re hoc lucratur Apollonius, ut III. 517:

— — — — — ἐπὶ δὲ τρίτος Ἴδας
ὦρτο μέγα φρονέων· ἐπὶ δ' υἷες Τυνδαρέοιο.

non, ut vulgo, *υἷες* legatur, sed *υἱεῖς*. Alius locus Homericis similis est III. 1084:

ἐξερέω· μάλα γάρ με καὶ αὐτὸν θυμὸς ἀνώγει.

Unum hoc addo, de iis tantum in his omnibus me disputasse positionibus, quas coniuncta duo verba efficiunt. Igitur si finitur verbum una cum pede quarto, sed consonarum ipsius verbi concursu producitur, quod apostropho fieri potest, nulla est offensio. Il. *X.* 389:

εἰ δὲ θανόντων περ καταλήθοντ' εἰν Ἀΐδαο.

cf. *Γ.* 254. *H.* 30. *Ω.* 201. Od. *Λ.* 623. Ad idem genus refero Il. *Λ.* 83:

χαλκῦ τε στεροπὴν ὀλλύντας τ' ὀλλυμένυς τε.

cf. *B.* 842. — In *Δ.* 269. est:

ὄφρα τάχιστα μαχώμεθ'· ἐπεὶ σύν γ' ὅρκι' ἔχευαν.

Il. *Θ.* 412:

ἀντομένη κατέρυκε· Διὸς δέ σφ' ἔννεπε μῦθον.

Λ. 115:

ἐλθὼν εἰς εὐνὴν ἁπαλόν τέ σφ' ἦτορ ἀπηύρα.

O. 189. Od. *Λ.* 338:

τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς.

Od. *Ψ.* 178:

ἐκτὸς ἐϋσταθέος θαλάμυ, τόν ῥ' αὐτὸς ἐποίει.

Sed denuo recurrendum est ad id genus positionis, quod maiorem offensionem praebebat, ut quaestionem aliquam expediamus de paragogico *N* nuper excitatam. Hoc a bonis poetis in ceterorum pedum, primi certe et secundi,

thesi ponitur; in tertio enim per caesuram non licuit; in quarti thesi non ponitur, quoniam fugiunt eam productionem, quae ex positione nascitur. Huic praecepto Homerica duo tantum loca repugnare videntur:

Il. *M.* 55:

ἕστασαν ἀμφοτέρωθεν· ὕπερθεν δ' αὖ σκολόπεσσι.

ὕπερθε δέ τε coniecit Heynius.

Od. *Ω.* 240:

πρῶτον κερτομίοις ἐπέεσσιν πειρηθῆναι.

Scribi potuit ἔπεσιν ἕο πειρηθῆναι.

Malus igitur talis versus, qualem finxit Hermannus ad Orph. p. 779:

ὄρνιθος μὲν ἅμαρτε· μέγηρεν γὰρ τόγ' Ἀπόλλων.

Hesiod. Theog. 437:

νικήσας δὲ βίῃ καὶ κάρτεϊ καλὸν ἄεθλον
ῥεῖα φέρει, χαίρων τε τοκεῦσιν κῦδος ὀπάζει.

Cum in aliis libris sit τοκεῦσί τε, ita fortasse scribendum est:

ῥεῖα φέρει, παισίν τε τοκεῦσί τε κῦδος ὀπάζει.

Manetho V. 195:

ἢ γναμπτοῖς ὀνύχεσσι λαιμὸν ἀνόρυξεν ὀρίοις
παρδάλιος στικτῆς ἠὲ βλοσυροῖο λέοντος.

Priorem versum ita correxit Dorvill. ad Char. p. 469:

ἢ γναμπτοῖς ὀνύχεσσ' ἀνόρυξεν λαιμὸν ὀρείοις.

Sed scribendum est:

ἢ λαιμὸν γναμπτοῖς ὀνύχεσσ' ἀνόρυξεν ὀρείης.

Quintus Smyrn. II. 206:

κυδιόων ἵπποις καὶ ὄχεσφιν· τοῦ δ' ἄρα τεύχη
πάντῃ μαρμαίρεσκεν.

Fortasse *ὀχήμασι*. XIV. 443:

ὣς φαμένην ἀγανοῖς προςέειπεν Ζεὺς ἐπέεσσιν.

Melius quam hoc fuit vulgatum *ὣς φαμένην προςέειπεν Ζεὺς ἀγανοῖς ἐπέεσσιν;* sed vera videtur plurium librorum lectio:

ὣς φαμένην προςέειπεν ἀγανοῖς Ζεὺς ἐπέεσσιν.

Orph. Hymn. XXIV. 12:

τόνδε σὺ γὰρ λεύσσεις τὸν ἀπείριτον αἰθέρα πάντα
γαῖάν τ' ὀλβιόμοιρον ὕπερθεν καὶ δι' ἀμολγῦ -
νυκτὸς ἐν ἡσυχίῃσιν ὑπ' ἀστεροομμάτυ ὄρφνης
ῥίζας νέρθε δέδορκας.

Revocandum librorum *ὕπερθέ τε*. „Terram cernis, et quod in superficie positum habet, et quod latet in eius visceribus." Sed pro *γαῖάν τ'* scribam *γαῖαν δ'*.

Verum in eorundem hymnorum aliis locis non delendum videtur hoc vitium, ut XXVIII. 14:

πνεύμασι συρίζων φωνῇσίν τ' ἀερομίκτοις.

ita enim deleto hiatu rescripsit Hermannus. Similiter in Aristobuli Iudaei versibus Orph. fragm. II. 41. deleto hiatu scribendum est:

εὖ μάλ' ἐπικρατέων, στέρνοισιν δ' ἔνθεο φημην.

Et omnino in malis poetis similia reperiuntur. Ut in Pseudophocylide 119:

ταύροις δ' αὐτόχυτον κέρας ἐστίν· κέντρα μελίσσαις.

Epigr. adesp. DCCXLVII:

ὅςτις καὶ τίνος εἰμὶ, τὰ πρόσθεν γράμματα φράζει.

Anthol. Gr. Vol. XIII. p. 810:

ὕψιν ἐπίϊκελον Χαρίτεσσιν λευκοπαρείοις.

Sed in Apollonio quisque concedat, talia ferri

non posse. Quamobrem quod Brunckius posuit IV. 978:

— — — — — πᾶσαι δὲ γάλακτι
εἰδόμεναι χρυσέοις κεράεσσιν κυδιάασκον.

poetae esse non potest. In libris plurimis χρυσέοισι est, κεράεσσιν in nullo, sed aut κεράεσι aut κεράεσσι. Lege χρυσέοισι κεράασι.

Denique, quanquam multo maiore cum licentia Tragici fingunt hexametros quam Epici, tamen in Euripidis Troad. 821: ὀράνιον στέφανον λιπαραῖσιν κόσμον Ἀθήναις cum Seidlero malim λιπαραῖσί τε, quoniam plurimi in illo loco sunt dactyli.

De longae vocalis ante vocalem productione.

Adiungo aliam rem, quae ad quarti pedis leges spectat. Legitimum cum sit, longam vocalem verbum finientem in thesi positam corripi ante vocalem, in Homero saepe manet longa, non solum in prioribus sedibus, sed etiam in quarta, quae, si spondeum habet, gravem habet spondeum et qui vocis celerem cursum impediat. Sed quoniam haec quoque res minus nota videtur et, quanquam satis obvia, tamen a quibusdam in tractando Digamma ignorata est, utile videtur quarti saltem pedis Homerica exempla afferre.

Il. *B*. 262. τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει, ubi nonnemo αἰδοῖ corrigens eruditionis laudem

sibi mereri videbatur. *Δ*. 164. *Ζ*. 96. ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρή. *Ε*. 115. φαεινῷ ἐν πυρὶ θείην. *Ε*. 899. ἀνώγει ἰήσασθαι. *Θ*. 120. Θηβαῖε Ἠνιοπῆα. *Λ*. 554. τάςτε τρεῖ ἐσσύμενός περ. *Ξ*. 501. ἀγαυε Ἰλιονῆος. *Ο*. 23. ἀπὸ βηλε, ὄφρ' ἂν ἵκηται. *Π*. 226. ἀπ' αὐτε οἶνοπα οἶνον. *Χ*. 386. πολυωπῷ οἳ δέ τε πάντες. *Ψ*. 441. ἄτερ ὅρκε οἴσῃ ἄεθλον. Od. *Α*. 282. βροτῶν ἢ ὄσσαν ἀκέσῃς, et sic saepius ἢ producitur etiam in quarta thesi, Od. *Π*. 356. Il. *Β*. 231. *Γ*. 24. *Ε*. 484. *Ο*. 161. 271. *Φ*. 111. — Od. *Η*. 25. γαίης τῷ ἔτινα οἶδα. *Η*. 70. ἔκ τ' αὐτε Ἀλκινόοιο. *Η*. 122. ἀλωὴ ἐῤῥίζωται. *Μ*. 75. ἐρωεῖ ἐδέποτ' αἴθρη. *Ξ*. 67. ἄναξ εἰ αὐτόθ' ἐγήρα. *Ο*. 425. πολυχάλκε εὔχομαι εἶναι. *Ρ*. 254. αὐτε ἧκα κιόντες. *Τ*. 194. *Ω*. 271. ἐγὼν εὖ ἐξείνισσα. *Υ*. 166. Ἀχαιοὶ εἰςορόωντες.

Ita etiam posteriores Epici, nisi in quibus frequentissimus est dactylorum usus, in quatuor prioribus pedibus productionem admittunt; Apollonius etiam, cuius est in quarto pede I. 71. Ἴρε Ἀκτορίδαο. II. 687. Ἑῴε Ἀπόλλωνος; in primo III. 745. ναῦται εἰς Ἑλίκην. Sed in II. 993:

εἰ μὴ ἐκ Διόθεν πνοιαὶ πάλιν Ἀργέσταο
ἤλυθον.

praeferam ut Homericum εἰ μὴ ἄρ' ἐκ, quod est in Ed. Flor. et, ut videtur, in Guelf. Med. Vat. 2., prae recepta illa ex Pariss. et Caesar. a Brunckio lectione. In 1. 3. 4. Vrat. est εἰ μὴ Διόθεν.

Sed in quibus poetis frequentiores sunt dactyli, ii raro habent productionem. Valet hoc quodammodo de Quinto, qui etsi, ut gravis argumenti scriptor et Homeri imitator, plura id genus habeat, v. g. VI. 35. *ῥήξῃ ἐκ θεμέθλων*, VII. 77. *πνοιῇ ὡς ἀνέμοιο*, XI. 365. *τοῖαι Ἀργείων*, tamen, cum et dactylorum usu et trochaicae caesurae Nonno propius accedat, repugnabat illi licentiae. Quamobrem XII. 309. legam:

πρὶν ἐμοὶ ἀμφὶ παρεῖα κατασκίδνασθαι ἴουλον.

non *μοι*. In XII. 394:

ἵππον δουράτεον καὶ γνώμεναι, εἴ τι κέκευθε.

non *γνῶναι*. In Nonno nunquam longa manet vocalis longa ante vocalem. Nam in XII. 380. legendum est *μούνῳ δ' οἰνοποτῆρι*. in XIV. 304. *μήτ' οἴνοπα θυρσὸν ἀείρειν*. in XV. 62. *ὄμβρῳ ἐερσήεντι*. XXXII. 288. *ἄλλαι δ' Ὑδριάδεσσιν*. XLVII. 328:

ὤμοι, οἷον ὄνειρον ἴδον γλυκύν —

fortasse legendum est *ὢ πόποι*. In Nonni imitatore Agathia Epigr. LXVII. lege *ἠὲ σοὶ ἢ τῷ ἑλόντι*. Similiter in Maximo 63. corrigendum *ἠὲ καὶ ὑδροχόου*.

Particula *καὶ* si manet longa ante vocalem, magis quam debet separatur a sequentibus, cum quibus ubique arte coniuncta est. Quare vere observavit Hermannus ad Orph. p. 728., ante vocalem in thesi non produci *καί*, nisi in quarto pede, in quo vitanda est trochaica interpunctio. Quare sana sunt in Homero Il. *Π*. 408. *καὶ ἤνοπι*

χαλκῷ, Od. *B.* 230. καὶ ἤπιος εἴη, 232. καὶ αἴσυλα ῥέζοι, *Λ.* 116. καὶ ἔδνα διδόντες, et alia; in Hesiodo καὶ ἤθεα κεδνὰ Theog. 66. καὶ ἦθε' ὀπάσσας Ἔργ. 167. καὶ ἠχέτα τέττιξ Ἔργ. 582.; in Apollonio II. 762. Quinto VII. 234. γενεὴν καὶ ὄνομ' ἑκάστου; Arato 859. νεφέλαι καὶ οἰχομένοιο; Orph. Hymn. I. 7. Κόρη καὶ ἤιε Φοῖβε; fragm. XXX. 3. ἐπεείη καὶ ἠμιονείη; Carm. de vir. herb. 149. ὑστάτιοι καὶ ὀψιγένεθλοι; Hippia (Brunck. Anal. II. p. 57) πόντος καὶ εἰκόνας αὐτός; restituendum Τρωσὶν καὶ Ἕκτορι δίῳ Il. *P.* 719. πόλιν καὶ ἤθεα λαῶν Hesiod. Ἔργ. 222.

Similes in ceteris pedibus productiones plerumque facile tolluntur; ut pro καὶ εἰ scribendum est εἰ καὶ Il. *N.* 316. Batrach. 197. Quint. Smyrn. I. 606. VI. 432. XI. 252. Maxim. 312; diaeresis in verbis restituenda Hesiod. Theog. 908. Nicand. Alex. 347., etiam in quinto pede Orph. fragm. VIII. 22.; τε inserendum Odyss. *K.* 510. (cf. Il. *Φ.* 350. Apoll. Rhod. III. 201.) *T.* 174. Hes. Theog. 147. Quint. Smyrn. X. 277. in Oraculo apud Eustath. ad Il. *A.* p. 83, 44.; longiores verborum formae reponendae, ut ἀλόχοισι Maneth. II. 281. Alia graviorem traxerunt corruptionem. Ut Hesiodi fragmentum 169. (Schol. Lycophr. 682.), quod totum emendatum describo:

Ζεῦ πάτερ, εἴθ' ἥσσω μὲν ἐμοὶ αἰῶνα βίοιο
ὤφειλες δοῦναι καὶ ἐναίσιμα μήδεα ἴδμεν
θνητοῖς ἀνθρώποις· νῦν δ' οὐδέ με τυτθὸν ἔτισας,
ὅτ' ἐμὲ μακρὸν ἔθηκας ἔχειν αἰῶνα βίοιο,
ἑπτὰ δ' ἔτι ζώειν γενεὰς μερόπων ἀνθρώπων.

In secundo versu pro eo quod in Hesiodi editionibus legitur *καὶ αἴσια μήδεα* correxeram *ἐναίσιμα*; sed quoniam in Scholiis Lycophronis est *καὶ ἶσα μηδέα*, verius videtur amicus correxisse *καὶ ἴσα φρεσὶ μήδεα*. Theognis 261:

γνωτή τοι πενίη καὶ ἀλλοτρίη περ ἐοῦσα.

Lege *καὶ ἅμ' ἀλλοτρίῃ περ ἐοῦσα*. Theocritus XXI. 46. ita scripsisse videtur:

Χὠ μὲν τὤγκιστρον ποτεφύετο, καὶ ῥέεν αἷμα·
Τὸν κάλαμον δ' ὑπὸ τῶ κινήματος ἀγκύλον εἶχον.
Τὼ χέρε τεινόμενος περὶ κνώδαλον εὗρον ἀγῶνα,
Πῶς κεν (vulg. *μὲν*) *ἕλω μέγαν ἰχθὺν ἀφαυροτέροισι σιδήροις.*
Εἶθ' (f. *Εἶφ'*) *ὑπομιμνάσκων τῶ τρώματος· ἆρ' ἐμὲ νύξεις;*
Ναὶ (vulg. *καὶ*) *νύξῃ χαλεπῶς· κάρα δ' ὃ* (vulg. *καὶ ὃ*) *φεύγοντος ἔθεινα* (vulg. *ἔτεινα*).

Nicander Ther. 118:

τῶν ἤτοι θήλεια παλίγκοτος ἀντομένοισιν
δήγματι πλειοτέρη καὶ ὁλκαίην ἐπὶ σειρήν.

Lege *ἐφολκαίην*. Maximus inde a versu 518. ita legendus est:

Αὔτως δ' αἰγοκερῆα διαστείχουσα σελήνη
μήλοισιν σύμπασιν ἐναίσιμος ἠδὲ φερίστη,
εἴ κεν ἄγοις ἑτέρην χώρην ἐριαχθέα ποίμνην
ἠδ' ἀγέλας, καὶ δ' ἄν κε (vulg. om.) *καὶ αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν*
ὦκα θέοι (sic) *νομὸν ἄλλον ἐπιστείβοντα πόδεσσιν.*

Manetho II. 224:

θνητοὺς ὄλλυσιν καὶ ἐν πολίεσσιν ἀγητούς.

Scripsit *θητῦς*, fortasse etiam *πολέεσσιν*. II. 486:

αἰεὶ δ' ἐν γενέθλῃσι κενοδρομέυσα σελήνη
πλαζομένυς βιότῳ καὶ ἄλλην ξείνης ἐπὶ γαίης
ῥέζει.

Lege *καὶ ἄλην*. III. 330:

ὕβρεις τε λεχέων καὶ ἀλλοτρίων ὑμεναίων.

Fuit fortasse *καὶ ἀπ' ἀλλοτρίων*. V. 284:

Ἐν Παφίης οἴκοις ὁ Ζεὺς ἐπίδοξος ὑπάρχει.
καὶ ῥ' ὕτως παρέχει· καὶ ἣν ἐπίδοξα τὰ φῶτα;
ἀφνειοὶ, μεγάλοι.

Scribendum *καὶ γῆν* et interpungendum post *φῶτα*. VI. 25:

Ὣς δ' αὕτως ἀτροφεῖς καὶ ὅσσοις γιγνομένοισιν
ὡρονόμον διέπει Φαίνων.

Qui hos versus ita constituit, Dorvillius ad Charit. p. 671. praetervidit, legendum esse *καὶ ὅσοις ἐπὶ γιγνομένοισι*. VI. 751:

Αὐτὰρ ἐγὼ Μύσῃ καὶ αἰθερίοισιν ἅμ' ἄστροις
εὐξάμενος.

Lege *Μύσησι*. I. 106:

Αἰγοκέρῳ Κύπρις καὶ ὑδροχόῳ παρεῦσα.

I. 203:

ῥέζε Κρόνῳ, καὶ Ἄρῃ καὶ Ἑρμῇ καὶ Κυθερείῃ
καὶ Διῒ καὶ Μήνῃ καὶ Ἠελίῳ βασιλῆϊ.

I. 321:

Ἠέλιος δὲ Κρόνυ καὶ Ἄρεος ἀστέρας ἀθρῶν.

II. 172:

πρὸς δὲ καὶ ἀργαλέυς καὶ εὐτόλμυς καὶ ἀτρέστυς.

II. 274:

δυςγαμίην τεύχει καὶ ἐκ λεχέων μάλ' ἀνίας.

IV. 118:

χωλόποδας τεύχει καὶ ἀσθενέας καὶ ἀώρϐς.

IV. 445:

μωρολόγϐς τεύχει καὶ αἰσχροῤῥήμονας (sic) ἄνδρας.

V. 65:

καὶ φυγάδας τεύχει καὶ ἐν νήεσσιν ἀλήτας.

V. 71:

εὐπορίην δηλοῖ καὶ ὀψίτυχόν τινα πίστιν.

V. 178:

καὶ σὺν τῷδε Κρόνον καὶ Ἑρμείην παρεόντα.

V. 301:

Ἐκ πενίης πλϐτεῖ καὶ εἰς πενίην ἀνακάμπτει.

VI. 210:

ἔκ τ' ἀλόχϐ λώβας καὶ ὕβριας αἰὲν ἔχοντες.

VI. 536:

ὡρονόμῳ δὲ Κρόνος καὶ Ἄρης ὁππότε κέντρῳ
αἰπυτάτῳ ἐφέπονται.

In his omnibus locis inserto *τε* Manetho vitio liberari potest; at vereor, ne illa sive omnia sive plurima genuina sint. Hoc et locorum multitudine et plurium consensu verisimile fit; considera illud *καὶ* post *Κρόνϐ* vel *Κρόνον* quater recurrens; post *τεύχει* item quater. Ut fere dubium fiat, an V. 338:

καὶ πάτρης ἄρξει καὶ ἐν ξείνῃ διατρίψει.

corrigendum sit *ἐνί*, an retinenda vulgata.

Quintus Smyrn. XIV. 327:

δὴ τότε παύσατο κῦμα, κατευνήθη δὲ θύελλα
σμερδαλέη, καὶ οἶδμα κατεπρήϋνε γαλήνη.

Οἶδμα in secundo versu ex Pauwii conjectura

dedit Tychsenius, ne, relicto vulgato *κῦμα*, idem verbum in duobus versibus bis usurpasse videretur poeta. Sed futilis est ista correctio. Totus versus ex interpolatione natus videtur.

In Oppiano Halieut. III. 2:

ἰχθυβόλυ φράζευ καὶ ἀγρευτῆρας ἀέθλους.

tenendum fuit vulgatum *φράζοιο*.

Nonnus XI. 467:

ἣν τρέφεν, ἣν κόσμει, καὶ ὤρεγε πενθάδα χαίτην.

Fortasse *κόσμησε*. I. 388:

μαρνάμενον στεροπῇ καὶ αἰχμάζοντα κεραυνῷ.

Lege *στεροπῇσι*. cf. II. 424. Quint. Smyrn. VIII. 223. — XVI. 197:

Μοῦνος ἐποικτείρεις, καὶ ὡς βροτὸς εἰς ῥάχιν ὕλης
πλαζομένης λοφόεντα (sic) *μετέρχεαι ἔνδια κούρης.*

Lege *ἐποικτείρεις με*. XXVII. 93:

— — στεροπῆς δὲ νέην ἀντίῤῥοπον αἴγλην
ἀστεροπὴν τεύξει, καὶ ἐνθάδε καί μιν ἐλέγξω
μαρνάμενος Σατύροισιν, ἵνα φρένα μᾶλλον ἀμύξῃ.

Lege:

ἀστεροπὴν τεύξειεν, ἵν᾽ ἐνθάδε καί μιν ἐλέγξω.

XXXVII. 216:

καὶ τεὸν ἔνθα καὶ ἔνθα δρόμον καὶ ἅρμα νομεύων
ἔσσο κυβερνήτῃ πανομοίϊος.

Lege *καὶ τέρμα νομεύων*. XLI. 97:

καὶ φθαμένη Κύπριον καὶ Ἴσθμιον ἄστυ Κορίνθου.

Κύπρον τε correxit Hermannus ad Orph. p. 762.

Denique quae pessimis versificatoribus debentur, ut Anthol. Gr. Vol. XIII. p. 747:

σῶμά τε πυθόμενος καὶ ὀστέα καὶ χρόα καλόν.

Epigr. adesp. DXCIII:

σῶμ' Ἀσκληπιάδου καὶ υἱέος ἐνθάδε Βήρου.

ubi scribi potuit Ἀσκληπιάδαο, ea profecto nostrae rei non obstant.

De hiatu.

Transimus ad aliam rem, quae ad progressum versus heroici itidem spectat. Ut vitabant poetae eam numerorum dissolutionem, quae ex nimia verborum et versuum congruentia sive ex lentorum pedum in iis locis positione nascitur, qui celerem versus cursum requirunt, ita alia quoque res ne idem efficeret, videndum erat. Ea res est hiatus, qui quam angustis finibus in celerioribus rhythmorum generibus circumscriptus sit, neminem fugit; in graviore et lentiore heroico versu, saltem Homerico, adeo frequens est, ut nihil in hoc genere non licere omnes fateantur. Verum insignis ista licentia quanquam latis finibus, finibus tamen circumscribi potest. Duplex est hiatus: alter, quem longa; alter, quem brevis vocalis efficit. Si longam vocalem sequitur vocalis, aut in arsi posita est, aut in thesi. Si in arsi posita est, prae sequenti vocali ita extollitur, ut nullam habeat offensionem; quae tum demum existit, cum minoris ponderis dicto, ut copulae vel simili coniunctioni, maior vis, quam decet, elatione vocis accedat.

Valet hoc inprimis de *καί, ἐπεί, δή.* Quis unquam talia legit:

> *καὶ ἐς μέσσον ἰὼν Τρώων ἀνέεργε φάλαγγας.*
> *αὐτίκ' ἐπεὶ ἐνόησεν· ὅμως δ' ὐ λήθετο χάρμης.*
> *ἀλλ' ὅτε δὴ ἐκ τοῖο δυωδεκάτη γένετ' ἠώς.?*

Quocirca eos locos, qui in hoc genere offensionem praebent, emendatione sanandos esse iudico.

Dionysius Periegetes 413:

> *καὶ ὁ μὲν Ἠλείων, ὁ δ' Ἀμυκλαίων χθόνα τέμνει.*

Lege *καί ῥ' ὁ μέν.* Nicander Ther. 492:

> *καὶ ἔτι πυ τυφλῶπες ἀπήμαντοι φορέονται.*

Lege *καὶ δ' ἔτι πυ.* Quintus Smyrn. XII. 484:

> *τεῦξαν ἅμ' ἀγρόμενοι κενεὸν τάφον· καὶ ἐπὶ δάκρυ*
> *χεῦε πατὴρ ἀλαοῖσιν ὑπ' ὄμμασιν.*

Lege *καί ῥ' ἐπὶ δάκρυ.* Coluthus 185:

> *καὶ ὐ κυδαλίμοισιν ἀγαλλόμενοι πολέμοισι.*

emendatione sanandus erit. Sed relinquenda eidem Quinto frequens sibi formula *ἀλλ' ἄρα καὶ ὥς,* III. 225. VII. 124. 149. XII. 271. Apollonius quidem, ut vitaret hiatum, ita scripsit III. 448:

> *καί ῥ' οἱ μὲν ῥα δόμων ἐξήλυθον ἀσχαλόωντες.*

In malis autem poetis ferendum videtur hoc vitium, ut in Maneth. V. 69. *καὶ ὑπόγειος.* 94. *καὶ ὑπόγειοι.* VI. 260. *καὶ ἀπὸ τῶνδε.* Brunck. Anal. III. p. 15:

> *καὶ ποσὶ πεζεύω καὶ ὅλος αἰσθάνομαι.*

Similiter hiatum in particula *ἐπεὶ* ignoscendum censeo inscito auctori Epigr. adesp. CCCXCVIII:

> *αὐτὰρ ἐπεὶ ἀνάριθμον ἐν ἰχνοπέδῃσιν ἀγρευθὲν*
> *ἐς μίαν αἰχμητὴς Καῖσαρ ἔθηκε θέαν.*

sed eripiendum Theocrito XXV. 274:

> ἀργαλέον μάλα μόχθον· ἐπεὶ οὐκ ἔσκε σιδήρῳ τμητή.

et Orpheo Argon. 1110:

> αὐτὰρ ἐπεὶ ἕκτη φαεσίμβροτος ἤλυθεν ἠώς.

In illo scribendum est ἐπεί ῥ' οὐκ, in hoc ἐπεί ῥ' ἕκτη. Denique in Quinto XI. 23:

> Λητὼ δὴ ἀνέφηνεν ἀναῤῥήξασα χέρεσσιν.

lege Λητὼ δή ῥ' ἀνέφηνεν. Et quoniam similis, ut puto, in articulo offensio fuit, Theocritus XI. 12:

> πολλάκι ταὶ ὄϊες ποτὶ ταὔλιον αὐταὶ ἀπῆνθον.

scripsisse videtur τῷ ὄϊες. Ferendum καὶ τῇ ἰδίῃ διανοίῃ in Maneth. V. 25.

Quae in Homero nunc quoque restant similia, plerumque in iis verbis reperiuntur, in quibus frequens et fere legitimus hiatus fuisse videbatur Grammaticis. Quamobrem legitur καὶ ἕλικας βοῦς Il. Σ. 524. Od. Μ. 136. Ω. 66. καὶ ἴς Il. Μ. 320. καὶ ἔπεα Γ. 222. καὶ Ἰάνασσα Σ. 47. καὶ οἶκος Ο. 498. Od. Ζ. 181. καὶ οἶνον Od. Π. 110. καὶ ἴδε Il. Ρ. 179. Od. Φ. 405. καὶ εἴποι Χ. 133. καὶ ἐρύσαντο Γ. 65. 470. Υ. 279. quanquam hoc etiam ad vitandum duplex ρ retinere potuit hiatum, ut δὴ ἑτάροις, non δή ῥ' ἑτάροις, est Apoll. III. 1163. ἐπεὶ ἴδε Il. Γ. 217. Ι. 195. Ξ. 279. Π. 427. Σ. 225. Od. Κ. 152. Φ. 83. ἐπεὶ ἑκάς Ε. 358. unde nemo hoc potest efficere, apud Homerum illa verba habuisse

digamma, sed tantum Grammaticos non offendisse in illis verbis hiatum, quem et ipsi alibi videmus. In aliis locis inserendum censeo ῥ', ut in ἐπεὶ ἑ Od. *E*. 364. *Θ*. 585. καὶ ἀτίτηλα Il. *Ω*. 60. καὶ ἱκέτην περ ἐόντα *Ω*. 570. Idem etiam in frequenti formula αὐτὰρ ὁ βῆ ῥ' ἰέναι excidit Il. *Φ*. 205. In Il. *O*. 290. legendum est καί ἑ σάωσεν. Od. *X*. 372. καί σ' ἐσάωσεν, ut est καί μ' ἐσάωσεν *Δ*. 364.

De longa vocali in thesi posita ante vocalem supra locutus sum. Igitur iam videndum de brevibus. Raro hae ponuntur in arsi, quia, nisi ante liquidam, non facile producitur brevis vocalis. Omnium facillime ι, et vel hoc in sola caesura, ut Od. *K*. 520:

τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι· ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ παλύνειν.

cf. *O*. 149. *Π*. 206. *T*. 484. (*Ψ*. 102.) Hymn. in Cer. 99. 101. 249. Rarius etiam α, itidem in caesura. Od. *I*. 366:

Οὖτις ἐμοί γ' ὄνομα· Οὖτιν δέ με κικλήσκουσι.

cf. *K*. 322. Aliae vocales si ita productae inveniuntur, vel illae ipsae aliis locis, in eiusmodi hoc factum reperitur verbis, quibus digamma tribuendum est. Nota sunt πόσεϊ Fῷ Il. *E*. 71. θυγατέρα Fήν 371. *Z*. 192. ὁ δ' ἄρα Fῷ παιδὶ ὄπασσεν *P*. 196. ἀπό Fεθεν ἧκε χαμᾶζε *M*. 205. ὅςτις ἐπίσταιτο Fῇσι φρεσίν *Ξ*. 92. δύνατο Fέπος Od. *K*. 246. γένετο Fιαχή Il. *Δ*. 456. De ἄρα Fέρξαν Od. *Ξ*. 411. non liquet.

Sed maxima offensio posita est in eo hiatu, quem breves vocales in thesi collocatae efficiunt. Qua in re sane perversa ratione usi sunt, qui ex vocalium natura hiatus leges petiverunt. Ea admodum exiguam hic habet vim. Verum est, *ι* minime omnium, *ε* maxime offendere, quoniam hoc facile absorbetur, illud aegre; attamen summa res in eo versatur, quo in versus loco quidque sit positum; adeoque quibusdam in locis *ε* hiatum faciens multo facilius toleratur, quam in aliis quibusdam *ι*. Atque facile apparet, cum eo offendat hiatus, ut procurrentem vocem impediat, levem offensionem habere hiatum, ubi non procurrat vox, sed inhibeatur. Igitur inquirendum, quibus in versus sedibus hoc fiat. Fit autem maxime in caesura, quae cum in duas partes dividat versum, ut haec divisio animadvertatur, necessario paullo inhibenda est vox. Sed cum tres sint caesurae in versu heroico, duae post arsin, tertii pedis altera, altera quarti; una in thesi tertii pedis: de hac tantum postrema caesura sermo esse potest, quoniam in ceteris brevium vocalium concursus non est. In hac autem caesura admodum frequens est, Homero certe, hiatus. Quodsi observasset Hermannus, vix eam sibi fraudem fieri sivisset, ut *ἰδέ*, quae est brevior forma particulae *ἠδέ*, aeolica littera instrueret. Non minus frequens hiatus est in fine pedis quarti, qui locus aptissimus est ad novam ordiendam in fine hexametri periodum vel ad finem ponendum longioris verbi; quamobrem cum aliquantum inhibenda

esset vox, non ingratus erat hiatus. Denique etsi minus frequens, attamen frequens est hiatus sedes in media quinti pedis thesi. Et quidem tum potissimum is hiatus admissus est, cum longior praecesserat vox vel certe longe aberat interpunctio; tum exhaustis pulmonibus, etiamsi non longe abesset finis, tamen paullo magis inhibebatur vox, quam in aliis sedibus. Quod ex multis Homeri locis intelligitur. Od. *Φ*. 216:

Τηλεμάχȣ ἑτάρω τε κασιγνήτω τε ἔσεσθον.

Il. *Π*. 795:

αὐλῶπις τρυφάλεια· μιάνθησαν δὲ ἔθειραι.

Β. 332. *Πριάμοιο ἕλωμεν*. *Ε*. 425. *κατεμύξατο χεῖρα ἀραιήν*. 740. *χρυσόεσσα Ἰωκή*. *Κ*. 348. *προτὶ ἄστυ ἀλύξῃ*. *Λ*. 637. *ἀμογητὶ ἄειρον*. *Ζ*. 23[illegible] *Π*. 456. Od. *Ο*. 273. *κασιγνήτȣς τε ἔτας τε*. Il. *Θ*. 23. etc. *ἐθέλοιμι ἐρύσσαι*. *Σ*. 411. *ῥώοντο ἀραιαί*. *Φ*. 281. Od. *Ω*. 34. *εἵμαρτο ἁλῶναι*. Il. *Ε*. 110. *ὤμοιο ἐρύσσῃς*. *Δ*. 276. *Λ*. 276. *ὑπὸ Ζεφύροιο ἰωῆς*. *Π*. 127. *δηΐοιο ἰωήν*. *Ω*. 349. *Ἴλοιο ἔλασσαν*. Od. *Λ*. 135. *Γ*. 77. *ἀποιχομένοιο ἔροιτο*. *Λ*. 405. *ξείνοιο ἔρεσθαι*. *Ε*. 262. *τετέλεστο ἅπαντα*. *Μ*. 335. *ἤλυξα ἑταίρȣς*. *Ξ*. 336. *βασιλῆϊ Ἀκάστῳ*. X. 186. *λέλυντο ἱμάντων*. H. in Ven. 229. *κατέχυντο ἔθειραι*. Hes. Theog. 369. *ἄνδρα ἐνισπεῖν*.

Qui meliorem indicabit viam explicandi illius hiatus, gratum id mihi faciet; nam fatendum, etiamsi brevius praecedat verbum, tamen eum reperiri.

Il. *E.* 181. Od. *Z.* 152. Hes. *Ἔργ.* 62. *πάντα ἐΐσκω.* Od. *Δ.* 148. *ὥς σὺ ἐΐσκεις.* Il. *Ω.* 371. *πατρὶ ἐΐσκω.* cf. Od. *Θ.* 159. *Υ.* 362. — Il. *E.* 521. *ὅτε ἰωκάς.* *M.* 172. *ἠὲ ἀλῶναι.* *Ξ.* 81. *ἠὲ ἁλώῃ.* Od. *E.* 135. *H.* 256. *Ψ.* 335. *ἠδὲ ἔφασκεν.* Il. *P.* 196. *παιδὶ ὄπασσεν.* Od. *Γ.* 290. *ἶσα ὄρεσσιν.* *K.* 320. *λέξο ἑταίρους.* *Ξ.* 233. *καί ῥα ἔπειτα.* *Π.* 469. *μητρὶ ἔειπεν.* *I.* 27. *ὅτι ἔγωγε.* *Ω.* 209. *ἠδὲ ἴαυον.* 430. *ὦκα ἱκέσθαι.* Hes. Theog. 399. *δῶρα ἔδωκε.*

A frequentibus hiatuum generibus accedimus ad cetera. Atque cum viderimus, eam fuisse hiatûs offensionem, ut, quae sua natura celeriter procedere deberent, eorum cursum impediret: patet, ubi ista versus principia, verba et pedes rhythmici, ex quorum dimicatione versus existit languore vacuus omnibusque partibus facile progrediens, secum conspirarent, neque alterum alterius fines transgrederetur indeque celerior vocis cursus mitigaretur, ibi, inquam, patet, hiatum tolerabilem fuisse. Quamobrem multo frequentius hiatus reperitur in ordinum fine, quam in mediis ordinibus. Homerica exempla afferam.

Primi in pedis fine hi reperiuntur hiatus: Il. *E.* 90. *ὅτ' ἄρα ἕρκεα.* 723. *χάλκεα, ὀκτάκνημα.* *I.* 247. *ἀλλ' ἄνα, εἰ μέμονάς γε.* *Ξ.* 182. *ἐν δ' ἄρα ἕρματα.* *Π.* 404. *ἡνία ἠΐχθησαν.* *X.* 266. *ὅρκια ἔσσονται.* *Ω.* 72. *Ἕκτορα· ἦ γάρ.* Od. *Δ.* 654. *Μέντορα, ἠὲ θεόν.* 728. *ἀκλέα ἐκ μεγάρων.* H. in Apoll. 391. *ταῦτ' ἄρα ὁρμαίνων.* in Cer. 492.

πότνια ἀγλαόδωρε. — Il. *B*. 87. ἠΰτε ἔθνεα. *Λ*. 767. μῶϊ δὲ ἔνδον. *Υ*. 152. H. in Apoll. 120. ἀμφὶ σεῖ, ἤϊε Φοῖβε. *Ψ*. 71. θάπτε με ὅττι τάχιστα. 72. τῆλέ με εἴργυσιν. Od. *Γ*. 480. ὄψα τε οἷα ἔδυσι. *Z*. 296. ἄστυδε ἔλθωμεν. *Θ*. 251. παίσατε, ὥς χ' ὁ ξεῖνος. *Σ*. 323. παῖδα δὲ ὡς ἀτίταλλε. — Il. *B*. 8. βάσκ' ἴθι, ὖλε Ὄνειρε. *Γ*. 349. ἀσπίδι ἐν κρατερῇ. *H*. 272. ἀσπίδι ἐγχριμφθείς. *M*. 117. ἔγχεϊ Ἰδομενῆος. *Π*. 309. *Σ*. 50. ἔγχεϊ ὀξυόεντι. *Π*. 583. ὠκεῖ, ὅςτ' ἐφόβησε. *P*. 583. Φαίνοπι Ἀσιάδῃ. Od. *B*. 283. ὐδέ τι ἴσασιν. *Δ*. 543. μηκέτι, Ἀτρέος υἱέ. *Θ*. 547. ἀνέρι, ὅςτ' ὀλίγον. *H*. 154. πὰρ πυρί· οἱ δ' ἄρα. — Il. *B*. 105. 107. *Θ*. 271. αὐτὰρ ὃ αὖτε. *Γ*. 379. *Φ*. 33. αὐτὰρ ὃ ἄψ. *E*. 142. αὐτὰρ ὃ ἐμμεμαώς. *Θ*. 446. αὐτὰρ ὃ ἔγνω. *N*. 100. δεινόν, ὃ ὔποτ' ἔγωγε. 300. ἕσπετο, ὅςτ' ἐφόβησε. *O*. 227. ἔπλετο, ὅττι πάροιθε. Od. *Z*. 224. αὐτὰρ ὃ ἐκ ποταμῦ. *H*. 230. *T*. 1. αὐτὰρ ὃ ἐν μεγάρῳ. *H*. 217. ἔπλετο, ἢ τεκέεσσιν. *Ξ*. 1. αὐτὰρ ὃ ἐκ λιμένος. *Υ*. 1. αὐτὰρ ὃ ἐν προδόμῳ. *T*. 231. αὐτὰρ ὃ ἐκφυγέειν μεμαώς. — Il. *Z*. 123. *O*. 247. *Ω*. 387. τίς δὲ σύ ἐσσι. *Λ*. 613. εὖ δὲ σὺ οἶσθα. *O*. 365. ὥς ῥα σύ, ἤϊε Φοῖβε.

In secundi pedis fine est: Il. *B*. 87. ἔθνεα εἶσιν. *E*. 603. τῷ δ' αἰεὶ πάρα εἷς γε. *Δ*. 75. ἀστέρα ἧκε. *Ξ*. 182. ἕρματα ἧκε. *T*. 93. ἀλλ' ἄρα ἥγε. Od. *Θ*. 580. ἵνα εἶσι. Il. *M*. 58. ὖ κεν ῥέα ἵππος. Od. *Σ*. 234. τάχα Ἴρυ. *P*. 430. δ' ἄρα ὅπλα. Il. *B*. 192. σάφα οἶσθα. *Λ*. 24. δέκα οἶμοι. 109. παρὰ οὖς. *N*. 707. κατὰ ὦλκα.

Od. *Φ*. 211. εὐξαμένε ἐμὲ αὖτις. Il. *P*. 392. ἄφαρ δέ τε ἱμάς. *Ω*. 77. ὦρτο δὲ Ἶρις. *E*. 310. ἀμφὶ δὲ ὄσσε. *Γ*. 244. ἐν Λακεδαίμονι αὖθι. *H*. 217. *P*. 354. ἔτι εἶχεν. *Ψ*. 274. ἐπὶ ἄλλῳ. Od. *Λ*. 632. ἐπὶ ἔθνεα. *Σ*. 333. ὅτι Ἶρον. *Ξ*. 450. κτήσατο οἶος. Non infrequens, ut apparet, hic hiatus est, sed rarior quam in fine primi pedis ob vicinitatem caesurae.

In fine pedis tertii haec sunt: H. in Cer. 76. μέγα ἄζομαι. Il. *Λ*. 437. χρόα ἔργαθεν. *I*. 40. *O*. 288. μάλα ἔλπεαι. *Ψ*. 126. μέγα ἠρίον. Od. *Ξ*. 411. κατὰ ἤθεα. Il. *E*. 210. *Z*. 461. Od. *B*. 172. ὅτε Ἴλιον. Il. *Λ*. 537. ὁ δὲ ἵετο. *N*. 703. βόε οἴνοπε. Od. *Π*. 142. σύ γε ᾤχεο. Il. *I*. 371. ἔτι ἔλπεται. *N*. 53. 688. *P*. 281. *Y*. 423. φλογὶ εἴκελος. *X*. 206. ἐπὶ Ἕκτορι. Od. *Ξ*. 73. ὅτι ἔθνεα. *Π*. 471. ὅθι Ἑρμαῖος. H. in Apoll. 488. ἐπὶ ἠπείρῳ. Il. *O*. 351. πρὸ ἄστεος. Propter caesuram haec minus etiam frequentia quam priora esse oportuit.

De fine quarti pedis vide Hermannum ad Orphica.

In fine quinti pedis: Il. *Δ*. 435. ὄπα ἀρνῶν. *E*. 161. *Θ*. 402. *Ψ*. 341. 467. αὐχένα ἄξῃ. *I*. 189. 524. Od. *Θ*. 73. κλέα ἀνδρῶν. Il. *N*. 22. ἄφθιτα αἰεί. *Ξ*. 261. ἀποθύμια ἔρδοι. Od. *Λ*. 137. νημερτέα εἴρω. Il. *Π*. 178. 190. *X*. 472. Od. *T*. 529. ἀπερείσια ἔδνα. H. in Ven. 231. πότνια Ἠὼς et frequens πότνια Ἥρη. Il. *Σ*. 4. τετελεσμένα ἦεν. *Λ*. 678. Od. *Ξ*. 100. πώεα οἰῶν. — Il. *Δ*.

158. αἷμά τε ἀρνῶν. Od. Δ. 236. Hes. Ἔργ. 713. ἄλλοτε ἄλλῳ. Ἔργ. 586. δέ τε ἄνδρες. Il. Β. 90. αἵ δέ τε ἔνθα. Θ. 239. Ι. 364. ἐνθάδε ἐόρων. Od. Β. 162. Ν. 7. τάδε εἴρω. Κ. 68. τοῖαί τε ὕπνος. Hes. Scut. 438. ἡ δέ τε ἠχὴ. Il. Ε. 723. ἄξονι ἀμφίς. Ξ. 358. ἔτι εὗδει. Φ. 21. αἵματι ὕδωρ. Od. Θ. 136. οὐδέ τι ἥβης. Il. Ξ. 285. σείετο ὕλη. Σ. 421. αὐτὰρ ὁ ἐρρώων. Od. Ε. 257. ἐπεχεύατο ὕλην. Ι. 553. ἐμπάζετο ἱρῶν. Hes. Scut. 279. ἄγνυτο ἠχώ. 294. ἀπὸ ὄρχων.

Iam cum ad hiatum in mediis pedibus admissum accedam, de solo primo et secundo pede loquor; nam in tertio est caesura, in quarto vel verbum finitum ingratum est, hiatus multo minus tolerari potest, nisi sit in duobus verbis, quae eam inter se coniunctionem habeant, ut pro uno putanda sint, non pro duobus, ut Il. Δ. 382. ἰδὲ πρὸ ὁδοῦ ἐγένοντο. cf. Κ. 229. De medio quinto ante locutus sum.

Rarus est in medio primo pede hiatus; ubi reperitur, aut post eas positus est vocales,[1] quae facilius eum admittebant, aut ante ea verba, in quibus nulla hiatus offensio esse Grammaticis videretur, aut corrupti habendi sunt loci. Ad primum genus refero ἐς τί ἔτι κτείνεσθαι Il. Ε. 465. πατρὶ ἐμῷ Ψ. 278. quanquam non repugnabo, si pluribus Homeri locis, ut Hermannus ad Orph. p. 735., ita etiam Grammaticos deceptos esse et ad ferendum etiam iniquis versus sedibus verbi ἐμός hiatum perductos dicat aliquis. cf. H.

in Apoll. 537. ubi scribendum fuisset ὅσσ᾽ ἂν ἐμοί κ' ἀγάγωσι, Il. T. 194. δῶρα ἐμῆς, ubi spreta est alia lectio ϑοῆς, cf. Theocr. II. 146. Pro υἱεῖ ἐμῷ Il. Σ. 145. 458. cave υἷι scribas cum Herm. ad H. in Apoll. 48. In Od. Ξ. 69:

πρόχνυ, ἐπεὶ πολλῶν ἀνδρῶν ὑπὸ γούνατ᾽ ἔλυσεν.

et in v. 133:

πάγχυ, ἐπεὶ σὺ πρῶτον ὑπέσχεο καὶ κατένευσας.

vocalis natura, quae non patitur elisionem, excusare potest hiatum; nisi forte hic fuerunt antiquae formae πάγχυς et πρόχνυς, ut ἀντικρύ et ἀντικρύς. Sed plurima quae ad hanc rem exstant loca, ex secundo sunt genere, hoc est, ante ea verba hiatus sunt, quae admittere hiatum videbantur Grammaticis, et interdum recte. Ut est ἀλλὰ ἑκών Il. Z. 523. ὅτι ἑκών Θ. 81. ἠὲ ἑκὼν Od. Δ. 372. 647. νῦν δὲ ἑκάς Il. E. 791. ἀλλὰ ἑκάς Od. O. 33. οὐδὲ ἑκηβολίαι Il. E. 54. ἐν δὲ ἴῃ I. 319. ἐν δὲ ἴα ψυχή Φ. 569. νῆα ἅλις χρυσοῦ I. 137. ἀνδρὶ ἑταιρίσσαι Ω. 335. χεῖρα ἑήν I. 420. καί ῥα ἑκάστῳ Od. B. 384. τρεῖς δὲ ἕκαστον I. 431. ἧστο ἀλείς Π. 403. τὸν δὲ ἰδών Il. O. 12. Π. 5. Σ. 382. τόνγε ἰδοῦσα P. 399. ἀλλὰ ἄνασσα Od. Γ. 380. Z. 125. εἰπὲ ἄναξ K. 143. νῆα ἐρυσσάμενος Δ. 666. Ex his plurima ad confirmandum digamma adhiberi poterunt; alia, ut non genuina et a Grammaticis profecta, seponenda erunt. Ut mihi quidem certum est, quod ex Il. I. 420. attuli:

χεῖρα ἑὴν ὑπερέσχε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω.

a Grammaticis positum esse, quibus frequens ante *ἑός* hiatus videbatur, pro *χεῖρας ἑάς*. In Homero relictum est *E*. 433:

γιγνώσκων ὅ οἱ αὐτὸς ὑπείρεχε χεῖρας Ἀπόλλων.

In Apollonio III. 590. est:

ὀθνείοις ἐπὶ χεῖρα ἑὴν κτεάτεσσιν ἀείρειν.

Similiter *πατρὶ ἑῷ* est Q. Smyrn. III. 122. *αἶ τε ἑόν* 222.

Delendus primi pedis hiatus pluries in Hesiodeis. Ut Theog. 297:

σπῆϊ ἔνι γλαφυρῷ, θείην κρατερόφρον' Ἔχιδναν.

lege *ἐν σπῆϊ γλαφυρῷ*. Ib. 608:

τῷ δὲ ἀπ' αἰῶνος κακὸν ἐσθλῷ ἀντιφερίζει ἔμμεναι.

lege *τῷ δ' ἐπὶ αἰῶνος*. Scut. Herc. 214:

ἧστο ἀνὴρ ἁλιεὺς δεδοκημένος.

lege *ἀνὴρ ἧσθ' ἁλιεύς*. Opp. et D. 270:

νῦν δὲ ἐγὼ μήτ' αὐτὸς ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος εἴην, μήτ' ἐμὸς υἱός.

lege *νῦν δέ τ' ἐγώ*. Ib. 550:

ὅςτε ἀρυσσάμενος ποταμῶν ἄπο αἰεναόντων.

lege *ὅςτ' ἀπαρυσσάμενος*. Ib. 600:

— — — — — αὐτὰρ ἐπὴν δὴ
πάντα βίον κατάθηαι ἐπάρμενον ἔνδοθεν οἴκῳ,
θῆτα ἄοικον ποιεῖσθαι, καὶ ἄτεκνον ἔριθον
δίζεσθαι κέλομαι.

scribendum *θῆτά τ' ἄοικον ποιεῖσθαι*.

Minorem offensionem habuisse videtur hiatus in medio pede secundo; cuius haec sunt Homerica exempla:

Il. *B*. 90. *ἔνθα ἅλις*. *Δ*. 486. *ὄφρα ἴτυν*. *E*. 118. *ἄνδρα ἑλεῖν*. *I*. 464. *πολλὰ ἔται*. *H*. 295.

μάλιστα ἔτας. Ψ. 263. γυναῖκα ἄγεσθαι. Od. Γ. 480. οἷα ἔδουσιν. Τ. 185. Ὀδυσῆα ἐγών. Ψ. 201. ἐτάνυσσα ἱμάντα. Ω. 351. ἦ ῥα ἔτι. In Hesiodeis est: Opp. 516. αἶγα ἄησι. 533. νῶτα ἔαγε. — Il. Β. 8. οὖλε Ὄνειρε. Γ. 46. τοιόςδε ἐών. Γ. 271. 361. Σ. 174. Τ. 252. δὲ ἐρυσσάμενος. Χ. 308. οἴμησεν δὲ ἀλείς. Τ. 288. ζωὸν μέν σε ἔλειπον, Od. Δ. 16. ἠδὲ ἔται. Ε. 379. σε ἔολπα. Ζ. 151. σε ἔγωγε. Σ. 420. δὲ ἐῶμεν. — Il. Δ. 54. ὅτι ἐγώ. H. in Ven. 179. εἴ τι ὁμοίη. Il. Ϡ. 696. ἄστυ ἑλών. Ο. 71. αἰπὺ ἕλοιεν.

Sed cave haec omnia genuina putes. Transmissis iis, in quibus hiatum quaerebant Grammatici, quae et ipsa nonnunquam facile sanari possunt, ut Od. Σ. 420. δ' εἰῶμεν, non δὲ ἐῶμεν, fuisse videtur, cetera ita restitui posse arbitror.

Il. Δ. 486:

ἐξέταμ', ὄφρ' ἂν ἴτυν κάμψῃ περικαλλέϊ δίφρῳ.

Ε. 118:

δὸς δέ τέ μ' ἀνέρ' ἑλεῖν, καὶ ἐς ὁρμὴν ἔγχεος ἐλθεῖν.

ex Heynii suspicione. Si offendit elisio in ἀνέρα, aliae rationes obviae sunt.

Ψ. 263:

θῆκε γυναῖκ' ἀγαγέσθαι, ἀμύμονα ἔργ' εἰδυῖαν.

Od. Γ. 480:

ὄψα τε, οἷά τ' ἔδουσι Διοτρεφέες βασιλῆες.

Τ. 185:

ἔνθ' Ὀδυσῆ καὶ ἐγὼν ἰδόμην καὶ ξείνια δῶκα.

Ψ. 201:

ἐκ δ' ἐτάνυσσ' ἱμάντα βοός, φοίνικι φαεινόν.

Ω. 351:

Ζεῦ πάτερ, ἦ ἄρ' ἔτ' ἔστε θεοὶ κατὰ μακρὸν Ὄλυμπον.

Ut ἦ ἄρα hoc loco, ita pluries εἰ μὴ ἄρα apud Homerum eliditur. Solus enim apostrophus offendere potest; hiatum non debebat rarum praedicare Herm. ad H. in Apoll. 51. Nam praeter illud εἰ μὴ ἄρα eaque, quae adduxit, reperitur ἦ ἄρα Il. *N*. 446. Od. *Ω*. 193. ἦ ἄρα δὴ Il. *Σ*. 429. ἐῇ ἄρα *X*. 477. ὅσσῃ ἄρα *Ξ*. 400. τόσσῃ ἄρα *P*. 266.

Hesiod. Ἐργ. 516:

καί τε διάησ' αἶγα τανύτριχα· πῶϋ δ' οὔτι.

Arseos vi producitur α in διάησι.

Ib. 533:

οὗ τ' ἐπὶ νῶτον ἔαγε, κάρη δ' εἰς οὖδας ὁρᾶται.

Il. *B*. 8:

Βάσκ' ἴθι, οὖλε Ὄνειρε, θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν.

Οὐλοὸν ἆσθμα est in Apollonio II. 85.

Γ. 46:

ἦ τοιοῦτος ἐών, ἐν ποντοπόροισι νέεσσιν.

Hoc ex Eustathii citatione ad Il. *Σ*. p. 1152, 23. attulit Heynius.

T. 288:

ζωὸν μέν σέγ' ἔλειπον ἐγώ, κλισίηθεν ἰοῦσα.

Sed aliter fortasse corrigendus Od. *Z*. 151:

Ἀρτέμιδι σε ἔγωγε, Διὸς κούρῃ μεγάλοιο.

Exspectes σέγ' ἔπειτα. Quae restant, sunt in verbo τι et post vocalem υ; neutrum elisionem admittit.

In seriorum poetarum versibus ex iisdem fere praeceptis de hiatu iudicandum est, quae supra de brevium syllabarum productione con-

stituimus. Qui leviorem tractant materiam, leviores habent numeros; qui graviorem, graviores. Ubi leves sunt numeri, vitatur quod celerem progressum impedire possit, igitur etiam hiatus; ubi graves numeri et lentiores, magis fertur hiatus. Quare in omnibus didacticis poetis haec sola sunt hiatus exempla, maxime in caesura vel in quarto pede; ubi hoc non est, certe ferendi ex Homericis legibus. In Arato est 223. *αὐτὰρ ὅ ἵππος*, Homericus hiatus.

951. *ποταμοῖο ἐβάψατο*, in caesura.

962. *ἐπὶ ὕδατι ὕδωρ*, in fine quinti pedis. Similiter est *αἵματι ὕδωρ* Il. Φ. 21.

1027. *ἐπὶ ὄψιον αὖλιν*, in fine quarti pedis.

Nicand. Ther. 280. *περὶ ἄψεα*. Alex. 7. *ἐνάσσαο, ἦχί τε*. 358. *ὑπὸ ἔθατα*, omnia in fine quarti pedis.

Ther. 331. *τροχόεντα ἐπιστίζουσι*, in caesura.

Ibid. 854. *πρὸ ἄλλης* non in fine quinti pedis excusationem habet, sed in coniunctione verbi et monosyllabae praepositionis. Ob eandem coniunctionem non offendit articulus vel in medio primo pede. *καὶ τὸ ἴον* Theocr. XXIII. 29.

Dionys. Per. 917. *Ἀντιόχοιο ἐπώνυμος*, in caesura.

Herodes 30. *καὶ γὰρ Ἀθηναίη τε Ἐριχθόνιον βασιλῆα*, in caesura.

Marcellus 23. *αὐτὰρ ὃ ἀστερόεντα*. Homericum est.

Maneth. I. 282. *αὐτή θ' ἡ κερόεσσα ἐφ' ὡρονόμοιο τυχοῦσα*, in caesura.

V. 261. ὑψώματι ὖσαν ἑαυτῆς, in quarto pede.
V. 67. ἐγκλήματα, ὕβριν, in quarto pede.
VI. 685. θέσφατα εἰδώς. Similia habet Homerus.

Oppian. Cyn. I. 252. κηώδεϊ· ἔλπετο γὰρ δή, in quarto pede. Eadem excusatio est II. 403. ἐπεμήνατο ὑψόθι φίλτροις. III. 204. πολεμήτορι ἀργαλέος θήρ. Verum haec quoque, fortasse non immerito, corrupta censet Hermannus. Hal. I. 414. ἀπ' ἀλλήλων δὲ ἕκαστα. III. 291. ζώοντι ἐοικώς. IV. 194. περιτρομέοντι ἐοικώς. Haec omnia Homerica sunt.

Haec satis pauca restant in didacticis poetis, remotis iis, quae corrupta sunt. De his breviter rationem reddere oportet.

In Arato 1049:

μηδὲ ἄδην ἔκπαγλα περιβρίθοιεν ἀπάντῃ.

Μήδ' ἄδδην scribendum esse, quisque videt.

Nicand. Ther. 656:

φράζεο δ' αἰγλήεντα χαμαίλεον ἠδὲ ὀρεινόν.

Id. Alex. 437:

ἀμφὶ δὲ ὀδμήεις καμάτῳ περιλείβεται ἱδρώς.

Lege ἀμφὶ δ' ἄρ' ὀδμήεις.

Dionysius 291:

δάκρυ ἀμέργονται χρυσαυγέος ἠλέκτροιο.

Lege δάκρυ' ἀμέργονται.

Ib. 912:

Βύβλον τ' ἀγχίαλον καὶ Σιδόνα ἀνθεμόεσσαν.

Ex libris legendum aut Σιδῶν' ἀνθεμόεσσαν aut Σιδῶν' ἠνεμόεσσαν. Illud est in Etymol. M. p. 216. ubi citatus sub Hesiodi nomine hic

versus postea transiit in Hesiodi Editiones (fragm. 188.)

In Maximi versu 150. ita legendum est:

Εἰ δὲ θέρυς κεν τῦδε κατ' εἰδώλοιο φέρηται
εὐδερκὴς κερόεσσα σεληναίη κλυτόπωλος κ. τ. λ.

Vulgo *εἰ δέ τε οἷς κεν.*

Ib. 597:

ἐν δοίῃ σώσεις τε ἀπολλυμένυ κτεάνοιο.

ἐν δίῃ· σώσεις κεν legendum praecepit Dorv. ad Char. p. 667.

Manetho I, 47:

νικᾶται γὰρ Ἄρης ὑπὸ αὐγαῖς ἠελίοιο.

Scripsit fortasse *ὅθ' ὑπ' αὐγαῖς ἠελίοιο*, intell. *ἐστί*.

I. 198:

ἴσχεο· ὐ γὰρ ὄνειαρ ἐν ἀθανάτοισι θυηλῆς.

Hunc quoque versum emendationem desiderare iudico.

V. 218:

καὶ δέ τ' Ἄρην ἐςίδῃς γε μεσυρανέοντα ἄνωθεν.

Lege *μεσυρανέοντ' ἐπάνωθεν.*

In Oppiani editionibus frequens est hiatus in formula *ἄλλοτε ἄλλος*. Halieut. II. 266:

πυλύπος αὖτ' ἀέκων ὀλοῆς ὕπο μάρνατ' ἀνάγκης·
ἀμφὶ δέ οἱ μελέεσσιν ἑλίσσεται, ἄλλοτε ἄλλας
παντοίας στροφάλιγγας ὑπὸ σκολιοῖσιν ἱμᾶσι
τεχνάζων, εἴ πως μιν ἐρητύσειε βρόχοισιν
ἀμφιβαλών.

In libris est *ἄλλοτε δ' ἄλλας*, quod tacite correxit Schneiderus.

II. 565:

Δελφὶς δ' ἠϋγένειος ὑπαντιόωντος ὁμίλυ

> πρῶτα μὲν ἐκ ἀλέγει, μετὰ δ' ἔσσυται, ἄλλοτε ἄλλην
> ἁρπάγδην ἐρύων, μενοεικέα δαῖτα κιχήσας.

Editt. ἄλλος ἐς ἄλλην. Cod. Sylburg. ἄλλο ἐπ' ἄλλην et, recentiore manu addito τ', ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλην. Quod receptum est, habent Turn. Palat. 1.

IV. 186:

> — — πᾶν δ' ἦμαρ ἑλίσσεται, ἄλλοτε δ' ἄλλες
> παπταίνων θαλάμες, καί οἱ νόος ἔτ' ἐπὶ φορβὴν
> στέλλεται.

In omnibus, quantum scio, libris est ἄλλοτε ἄλλες; ubi vulgatum sit ἄλλοτε δ' ἄλλες, ignoro. παπταίνων est in Edd. et, ut videtur, in codicibus Rittershusii. παπταίνει est in Paris. 1.

IV. 191:

> — — — — — — ἀλλ' ὅτε κίχλαι
> ὃν τόκον ὠδίνωσιν, ὅδ' ἄσχετα τῆμος ἀΐσσει
> ἀμφιπεριτρομέων, ἐπὶ δ' ἔρχεται ἄλλοτε ἄλλην
> εἰς ἄλοχον.

IV. 290:

> Ἔνθεν ἔπειτ' ἄκρησιν ἐρειδόμενος κοτύλῃσιν
> ὑψόσ' ἀνερπύζει λελιημένος, ἀμφὶ δὲ χαίτας
> πτύσσεται, ἄλλοτε ἄλλον ἔχων κλάδον, οἷά τις ἀνὴρ
> νοστήσας ξείνηθεν ἑὲς ἀσπάζεθ' ἑταίρες — — —
> ὣς ὅγε γηθόσυνος λιπαρὲς περιβάλλετ' ἐλαίης
> ὅρπηκας.

In omnibus libris est ἄλλοτε δ' ἄλλον.

Addo alium locum, in quo hiatus est ante ἄλλοτε, II. 274:

> αὐτὰρ ὅγ' ἄλλοτε νῶτα παναίολα, ἄλλοτε δειρὴν
> ὀρὴν τ' ἀκροτάτην περιβάλλεται.

Nam si in deliciis habebat Oppianus formulam ἄλλοτε ἄλλος, illum etiam hiatum facile po-

tuit admittere. Sed qui ab aliis fere omnibus hiatibus vacuus est, Oppianum minime verisimile est adeo frequentasse istam locutionem. Et ex illis quidem, quos adduxi, locis apertum est secundum in Codice Sylburg. optime esse exaratum, quintum male correctum a Schneidero, quem fugit, inde ab illa ipsa enuntiatione *ἄλλοτε δ' ἄλλον ἔχων κλάδον* incipere comparationem, quae demum vs. 296. habeat apodosin. In primo loco II. 266. scribendum est *τεχνάζει*; in IV. 186. ex uno Codice *παπταίνει* pro *παπταίνων* legi iam praecepit Hermannus. Eiusdem viri in quarto loco probo correctionem *ἄλλυδις ἄλλην*. Similiter Dionys. Perieg. 449. In postremo autem loco restituendum videtur *παναίολος*, quod ad muraenam relatum verto: „volubilis."

Cyneg. IV. 436:

'κυφότεροι γὰρ ἔασι τρίβῳ, καὶ ποσσὶν ἐλαφροὶ
ῥεῖα ἐνιθρώσκουσι.

Lege *ῥεῖα περιθρώσκουσιν.*

Ab his poetis priusquam ad eos transeamus, qui proprie fuerunt Epici, consideremus Theocriti usum, qui poeta in utriusque generis confiniis collocandus est. Non infrequens est in gravioribus huius carminibus hiatus in caesura et in quarta sede. Ex caesura hos annotavi locos:

VII. 8:

αἴγειροι πτελέαι τε ἐΰσκιον ἄλσος ἔφαινον.

XIII. 24:

αἰετὸς ὥς, μέγα λαῖτμα· ἀφ' ὧ τότε χοιράδες ἔσταν.

XVI. 72:

πολλαὶ κινησεῦντι ἔτι τροχὸν ἅρματος ἵπποι.

Quanquam fortasse et in hoc loco et vs. 69. τελέθοντι ἀοιδοῖς spernenda dorica forma cum hiatu a Codice Flor. oblata. Talia etiam a librariis nonnunquam in veteres scriptores illata sunt. Nulla Codicum, ut videtur, dissensione XVII. 38. est φαντὶ ἀδεῖν. XXII. 136. σὺ γὰρ οἶσθα· ἐγώ. XXIV. 71. βασίλεια· ὁ δ' ἀνταμείβετο τοῖςδε.

In quarta sede hiatus est I. 67. τέμπεα, ἢ κατὰ Πίνδω. XXIII. 48. ἀπηνέα εἶχεν ἔρωτα.

De καὶ τὸ ἴον XXIII. 29. supra locutus sum. Χαῖρε Ἄδων ἀγαπητέ XV. extr., ut ad imitationem frequentissimi χαῖρε ἄναξ fictum, servandum est. Servanda praeterea, quae ne Atticos quidem offenderunt, ὅτι ὁ I. 88. 91. τί ὁ δύσσοος III. 24. οὐδὲ ἕν XXIII. 3. atque in V. 10. sine offensione scribi potest, ut scribendum iudico, ἧς τι ἐνεύδεν. Eandem veniam habet Doricum τύ: τὺ ἄλγεες est V. 41. ἀλλὰ τὺ αὐτόν XIV. 2. Sed XXIV. 70. pro μάντι Εὐηρείδα legerim μάντις Εὐηρείδα; neque in graviori carmine II. 146. sanum videtur τᾶς γε ἐμᾶς, nisi ibi Grammaticum magis quam poetam agnoscas.

In levioribus autem et proprie bucolicis Theocriteis carminibus nullum ponere licuit hiatum, quam qui etiam Atticis non malus videretur. Quamobrem emendationem exigit III. 25:

τὰν βαίταν ἀποδὺς ἐς κύματα τῆνα ἁλεῦμαι.

Cum in pluribus libris sit τηνῶ, rescribendum fortasse τηνόθ' ἀλεῦμαι. Τηνόθε pro ἐκεῖθεν, hinc, quidni potuerit dicere? VIII. 14. τὺ δὲ θές γ' ἰσομάτορα ἀμνόν. IX. 35. ὅτε μελίσσαις ἄνθεα, ὅσσον ἐμὶν Μῶσαι φίλαι, etiamsi non sint Theocriti illa carmina, tamen vitiata puto. Omnium minime Bio, cuius molliora etiam sunt quam Theocritea bucolica, scribere potuit XVII. 3. τί νυ αὐτά.

Callimachus aliquoties in caesura hiatu usus est. Hymn. in Dian. 8. δὸς δ' ἰοὺς καὶ τόξα· ἔα πάτερ. H. in Del. 264. χρυσέοιο ἀπ' οὔδεος. fragm. CXXVII. ἄρνες τοι, φίλε κοῦρε, ὁμήλικες.

Sed iam transimus ad heroicorum carminum auctores. Ex quibus Quintus Smyrnaeus, ut Homerus, maxime frequentat hiatum in caesura et in quarta sede; neque fugit in ceterorum pedum fine. Ac in caesura quidem his locis est:

I. 98. μάλα τοῖα ἑῷ προςελέξατο θυμῷ. 467. ἐπεντύνεσθε· ἐῶν. 699. κυλινδομένοιο, ὁ δ' ἀκαμάτῳ. 558. ἵκεσθε ἀνὰ κλόνον. II. 59. πείθεσθε ἐνὶ φρεσίν. III. 168. φεύξεσθε ἀμείλιχον. 386. πονέοντο ἀπείριτον. V. 152. ἀλλ' ἄγ' ἐμεῖο (sic) πιθέσθε, ἐπεί. 281. μητιόωντο ὑπέρ. VII. 264. ὀλέκοντο ὑπ' ἀργαλέης. VIII. 225. μεγάλοιο· ὁ δ' ἐσσύμενος. X. 171. κελάδοντι, ὅς ἕρκεα. 204. Ἡρακλῆϊ· ὁ δ' ὤπασε. 211. ἀπεσσυμένοιο· ὁ δ' οὐχ. XI. 26. τοκετοῖο, ὅσην. XII. 52. πιθέσθε εὐπτολέμῳ. 164. φορέοντο ἐπὶ χθόνα. 297. ὑπ' Ἄρηϊ εὐκλειῶς. 414. γλαυκαὶ δὲ ὑπὸ βλέφαρ' ἦσαν ὀπωπαί. quanquam hoc genuinum

esse non spondeo. Fortasse etiam alia nonnulla ex iis exemplis tollet futurus Quinti editor.

In quarta sede hi sunt Quinti hiatus: I. 165. ἀάσχετα· ἕζετο δ' ἵππῳ. 257. etc. ἔγχεϊ ὀκρυόεντι. 793. μένος μέγα Ἡφαίστοιο. III. 189. ἀρήγετε εὐμενέοντες. 325. ἄλσεα ὑλήεντα. IV. 175. περὶ ἕλκεϊ. VI. 56. ἕζετο, ἧχι πάρος περ. 137. ἀταρβέϊ Ἡρακλῆϊ. VII. 599. ἀταρβέα' ἕνεκα πάντων. IX. 4. ἴδοντο δὲ Ἰλίου ἄκρην. 469. κατέφθιτο· οἱ δ' ἀνὰ θυμόν. 484. φάνεν δέ ἑ οἷος ἔην περ. X. 194. μέλας ἐνὶ ἠέρι καπνός. XI. 63. βαλεῖν δέ τε εἰς ἅλα δῖαν. XII. 575. ἀπέσσυτο ἀχνυμένη κῆρ. XIII. 89. αἵματι· οἱ δ' ἐφύπερθε. 395. ὄρεϊ ὑλήεντι. XIV. 104. ἐπεὶ μέγα ἤνυσαν ἔργον. 172. καί σφιν ἅμ' ἄμφω (sic) δάκρυ κατ' ὀφθαλμῶν ἠλείβετο, ἡδὺ γοώντων. XIV. 637. ἐρικυδέϊ Ἐννοσιγαίῳ.

In fine primi pedis est: I. 725. μέμβλετο, ὡς ἀλόχοιο. III. 114. σχέτλιε, ὃ νύ τοι οἶδας. 183. ἀλλά ἑ, ὡς ζώοντα. 198. Ἕκτορι, εἴγε τις ἐστί. 526. αὐτὰρ ὃ οἷς. 612. ἀνέρι, ὅν. IV. 103. ὦ φίλε, εἰ. V. 168. ἀνέρα, ὅντινα. VI. 384. τῷ δ' ἔπι Εὐρύπυλος. 388. σχέτλιε, οὐδ' ἐνόησας. XI. 363. πυκνόν, ὃ οὐ πολέμοιο. XII. 236. μίμνετε, εἰσόκεν. 536. χαίρετε ἀφραδέοντες. XIII. 518. ὣς φάτο· οἱ δ' ἀΐοντες. Sed in III. 467. fortasse legendum αἰνὸν τίσετ' ὄλεθρον.

In fine secundi pedis: II. 385. ἢ βόες ἠέ τι ἄλλο. 390. III. 435. ὦ Ἀχιλεῦ, μέγα ἔρκος. IX. 104. ἦ οὔπω τόδε οἶδατ' ἀνὰ φρένας.

In fine tertii pedis: I. 93. ὃ ὔποτε θνητὸς ἐώλπει. II. 175. περὶ υἱέος ἠὲ φίλοιο.

In fine quinti pedis: I. 619. περικαλλέϊ ἵππῳ. 624. ἐπικέκλιτο ἵππῳ. 734. ὐδέ τι οἶσθα. 725. ἐπὶ ἕδνοις. 792. εὐώδεϊ οἴνῳ. II. 142. αὐτὰρ ὃ Ἴλῳ. III. 109. ἐπελήσαο ἀρῆς. IV. 245. κατεχεύατο ἀφρός. VI. 151. ἔνθ' ἄρα ἧστο. 418. ἢ ἔτι ἔλπη. IX. 122. μηδενὶ εἴκειν. XII. 415. περιμήκεϊ ἵππῳ. 562. ἐπεμαίνετο ἵππῳ. XIV. 553. εὖτ' ἐπὶ ἄκρην.

In medio quinto pede Homerici sunt hiatus ὥτε ἔοικεν I. 460. ἀλλὰ ἕκηλοι II. 148.

Aliis versus sedibus si occurrunt hiatus, emendatione expellendi sunt. Ut IV. 185. τῶν πέρι οἵδε ἀνέσταν. lege οἵδ' ἐπανέσταν. X. 398:

αἰνομόρῳ· πάντες δέ με ἄσπετον ἐῤῥίγασι.

lege δέ μ' ἀάσπετον. XIII. 425:

ὐδὲ ἡ ἔργον ἀεικὲς ἐςέδρακεν.

restituendum vulgatum ὐδέ οἱ.

Orpheus, Argonauticorum scriptor, praeter eos hiatus, qui in Homericis locutionibus sunt, hos habet (Herm. p. 754.): πρῶτα δὲ εἶδα 119. in fine primi pedis; in fine quarti ἐκέκλετο ἠδ' ἀγόρευεν 233. γέρα ἠδ' ἐπιλοιβάς 549. δωμήσατο οἶκον 614.; in fine quinti ἐξέσσυτο ὕπνυ 789. Vel haec pauca Argonauticorum Orphei et didacticorum carminum discrimen ostendunt.

Sed jam comparemus magnam hiatuum copiam, qui apud Quintum reperiuntur, cum ce-

teris omnibus, de quibus antea sermo fuit, poetis, et insignis cuique apparebit discrepantia. Quae res sane mira videri debet, nisi ad didactici et heroici carminis diversam rationem animum advertas. Quae cum fugeret Hermannum, ut Quintum ceterorum ad normam perpoliret, plures huius poetae locos admodum sanos coniecturis suis sollicitavit. Quodsi in Quinto futile erat istud institutum, idem iudicandum est de iis, quae ad Apollonium notavit. Qui poeta cum et heroicum carmen conscriberet, et studiosus esset Homeri imitator, eoque viveret tempore, quo nondum ea erat numerorum infirmitas, quam, ut propior Nonni aetati, habuit Quintus: is sane liberius etiam, quam Quintus, certe non minore cum licentia, quam Quintus, hiatu usus fuisse videri debet. Ut Homerus et Quintus, etiam Apollonius frequentat hiatum in caesura et in fine quartae sedis. In caesura hiatus est: I. 322. *νηῒ ἐφοπλίσσασθαι*. 543. *μορμύρουσα ἐρισθενέων*. II. 955. *Τρικκαίοιο ἀγαυοῦ*. III. 263. *Φρίξοιο ἐφημοσύνῃσιν*. 492. *Αἰήταο ἀπηνέος*. 737. *ἐντύνουσα ὑπόσχεσιν*. IV. 748. *γουνάσσαιο ἐφέστιος*. In quarta sede: I. 778. *γάνυται δέ τε ἠϊθέοιο*. II. 660. *ἐπὶ ἤματι νύκτα*. IV. 236. 1502. *αὐτῷ ἐνὶ ἤματι*. III. 1283. *χρυσάορι Ἀπόλλωνι*. 1333. *κατὰ ὦλκας*. IV. 546. *αὐτῇ ἐνὶ ἔλδετο νήσῳ*. 1283. *μυρία ἔκλυσεν ἔργα*. 1637. *ὑπερέπλετο εἰν ἁλὶ νήσων*. In extremo tertio pede: III. 327. *προτέρῳ ἐνὶ ἤματι*. 849. *πυρὶ εἰκάθοι*. et aliquoties hiatus, quem arti-

culus sine ulla offensione efficit, II. 1270. III. 409. 495. 1270. In extremo quinto pede: I. 881. *ἄλλοτε ἄλλον*. III. 1134. *μήδετο Ἥρη*. In medio quinto pede: III. 1112. *ἐκλελάθοιο ἐμεῖο*. 1126. *κασίγνητοί τε ἔται τε*. 559. *ἐρητύεσθε ἀέθλων*. II. 779. *χνοάοντα ἴουλους*, quod tenebo, etiamsi duo priora Homericae imitationi, tertium librariorum vitio tribuantur.

Aliis in locis delendus videtur hiatus. II. 943:

ἔνθεν δ' αὖτε Κάραμβιν ἅμ' ἠελίοιο βολῇσι
γνάμψαντες, παρὰ πουλὺν ἔπειτ' ἤλαυνον ἐρετμοῖς
αἰγιαλόν, πρόπαν ἦμαρ, ὁμῶς τ' ἐπὶ ἤματι νύκτα.

Hiatus quidem nullam praebet offensionem; ipsum *ἐπὶ ἤματι νύκτα* ex alio loco attuli II. 660.; sed nulla auctoritate nititur ista lectio. *ὁμῶς ἐπὶ ἤματι* est in 5 Pariss. *ὁμῶς ἐπ' ἤματι* in Vat. 1. 3. 4. Caes. Med. Vrat. nullibi est *τ'*. Igitur retineam, quod praeter editiones etiam Vaticanus secundus et, ut videtur, Guelferbytanus habet:

αἰγιαλόν, πρόπαν ἦμαρ ὁμῶς, καὶ ἐπ' ἤματι νύκτα.

Itaque vera ad hunc locum praecepit Hermannus, quamvis pravis perductus rationibus.

III. 976:

ὅτι ἐγών, οἷοί τε δυςαυχέες ἄλλοι ἔασιν.

Ita A. E.; ex ceteris restituendum est *ἤτοι ἐγών*.

III. 372:

Οὐκ ἄφαρ ὀφθαλμῶν μοι ἀπόπροθι, λωβητῆρες,
νεῖσθ' αὐτοῖσι δόλοισι παλίσσυτοι ἔκτοθι γαίης,
πρίν τινα λευγαλέον τε δέρος καὶ Φρίξον ἰδέσθαι,
αὐτίχ' ὁμαρτήσαντε ἐφ' Ἑλλάδα;

Ita Brunckius. ὁμαρτήσαντε est in solo A. In B. ὁμαρτήσαντας, in ceteris ὁμαρτήσαντες. ἐφ' Ἑλλάδα plerisque ex libris recepit Brunckius; qui sint hi plerique, non indicat, sed solos suspicor Parisienses esse, qui unius instar sunt Codicis; in Ed. Flor. et in Codd. Vatt. est ἀφ' Ἑλλάδος. Ista suspicio si vera est, pravae Graeculi correctioni deberi Brunckii correctionem probabile est. Illius nota in Scholiis nostris exstat, mancis in magna etiam tertii libri parte et recentiorum maxime tenentibus notulas. In quibus haec leguntur: Ἐν δὲ τῷ αὐτίχ' ὁμαρτήσαντες προσεκτέον, ὅτι ἀσαφῶς εἴρηται. Ἴσως οὖν αὖθις ἀντὶ τοῦ αὐτίκα ῥητέον (Paris. ληπτέον i. e. λεκτέον)· καὶ ἀντὶ τοῦ ἀφ' Ἑλλάδος εἰς (Paris. ἐφ') Ἑλλάδα, ἵν' ᾖ· οὐκ ἄφαρ ὑποστρέψετε εἰς Ἑλλάδα· ἢ (fort. καὶ Paris. εἶτα) στίξαντας εἰς τὸ Ἑλλάδα τέλειαν, τὸ ἑξῆς ἐπιφέρειν δεῖ, οὐκ ἐπὶ κῶας δεῦρο νέεσθε, ἐπὶ τὰ σκῆπτρα δὲ καὶ τὴν βασιληΐδα τιμήν. Ὥστε οὐ γραπτέον, οὐδ' ἐπὶ κῶας, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ κῶας· οὐδὲ, σκῆπτρά τε, ἀλλὰ σκῆπτρα δέ. Οἱ δὲ σχολιογράφοι ἐοίκασιν ἄλλῃ τινὶ γραφῇ ἐντυχεῖν· φασὶ γὰρ ἀπὸ κοινοῦ νοεῖσθαι τὸ ἔολπα. Οὐδαμοῦ δὲ εἴρηται τὸ ἔολπα. Quod dicit, Scholiographos aliam habuisse lectionem, deceptus est nota rudis hominis, quae itidem in Scholiis legitur: ἐν δὲ τῷ νέεσθαι ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἔολπα. Ex versu 370. pro sua imperitia traduxit ἔολπα legitque νέεσθαι pro νέεσθε. In textu hodie unice probandum

est ὁμαρτήσαντες ἀφ' Ἑλλάδος. „Qui modo venistis ex Graecia, abite statim; si manetis, mala nobis afferet vellus et Phrixus.“ De duplice editione omnium minime fuit cogitandum.

Aliis locis restituendus est hiatus. Ut qui frequens est post pronomen ὅ, aliquoties a Brunckio expulsus, relictum locum rursus occupare debebit; III. 1317. αὐτὰρ ὃ εὖ ἐνέδησε λόφυς (sic). 1346. αὐτὰρ ὃ ἂψ ἐπὶ νῆα πάλιν κίεν. IV. 127. αὐτὰρ ὃ ἀντικρὺ περιμήκεα τείνατο δειρήν. Eundem offert hiatum I. 553. αὐτὰρ ὅγ' ἐξ ὑπάτυ· ὄρεος κίεν Codex Vatic. 2. ubi αὐτὰρ ὃ ἐξ. I. 300:

— — θάρσει δὲ συνημοσύνῃσιν Ἀθήνης
ἠδὲ θεοπροπίῃσιν (sic), ἐπεὶ μάλα δεξιὰ Φοῖβος
ἔχρη, ἀτὰρ μετέπειτά γ' ἀριστήων ἐπαρωγῇ.

III. 97:

εἰ μὴ τηλόθι χεῖρας, ἕως ἔτι θυμὸν ἐρύκει,
ἕξω ἐμάς, μετέπειτά γ' ἀτεμβοίμην ἑοῖ αὐτῷ.

Si accederet librorum auctoritas, in utroque loco omitterem γε, ut factum est I. 302. in Editione Florentina. II. 337:

εἰ δέ κεν ἀντικρὺ πταμένη μεσσηγὺς ὄληται,
ἄψοῤῥοι στέλλεσθε· ἐπεὶ πολὺ βέλτερον εἶξαι
ἀθανάτοις.

Ed. Flor. στέλλεσθαι. Sed si quid mutandum est, scribam στέλλεσθ'· ἐπειή. Ubi fieri potuit, maluerunt ἐπειὴ dicere, quam ἐπεί. Il. Λ. 156:

καρπὸν ἐδηλήσαντ'· ἐπειὴ μάλα πολλὰ μεταξύ.

Δ. 56:

οὐκ ἀνύω φθονέυσ'· ἐπειὴ πολὺ φέρτερός ἐσσι.

Od. *K.* 557:

ἵππες δωρήσαντ' · ἐπειὴ πολὺ φέρτεροί εἰσι.

T. 556:

ἄλλη ἀποκλίναντ' · ἐπειή ῥά τοι αὐτὸς Ὀδυσσεύς.

Quint. Smyrn. III. 78:

χωόμενος Δαναοῖς· ἐπειή νύ μοι ἦτορ ἔολπεν.

V. 399:

ἢ δέ ἑ κύσσεν ἐλῦσ', ἐπειὴ πέλε γαμβρὸς ἀμύμων.

Quamobrem etiam Il. *A.* 381. scribam:

εὐξαμένε ἤκεσ' · ἐπειὴ μάλα οἱ φίλος ἦεν.

non ἤκεσεν ἐπεί. *H.* 105:

Ἕκτορος ἐν παλάμαις· ἐπειὴ πολὺ φέρτερος ἦεν.

non, ut nunc, παλάμῃσιν ἐπεί. Alia enim ratio est *P.* 168:

ἐδ' ἰθὺς μαχέσασθαι· ἐπεὶ σέο φέρτερός ἐστιν.

ubi ingrata fuisset elisio.

De digamma aeolico.

Misso hiatu, paucula monere placet de vexatissimo digamma aeolici usu, qui maxime ex hiatus cognitione explicationem requirit. Istam litteram — potest enim et ob aspirationis gravitatem et ex alphabetorum ratione littera vocari — vetustissimam esse et ipsa graecae linguae conformatione vetustiorem, vel ex germanica lingua intelligitur; diu valuisse apud Dores Aeolesque, et Lyricorum ostendit usus et plures docent earum gentium monumenta, inscriptiones

maxime *). Neque id video dubitari; de eo tantum ambigitur, an Homero usitatum fuerit digamma. Quam rem qui ex universa Ionicae dialecti ratione, ex lenioris aspirationis studio similibusque rebus refelli iudicant, demonstrare debent, quantum commune sit Homero atque Herodoto; certe non apparet illud studium in Homero. Contrariam istis sententiam qui amplectuntur, asperamque litteram asperae neque posteriorum cura elimatae Homeri poesi tribuendam esse aiunt, itidem errant; neque enim ubique fuit gutturalis iste aeolicae, quam dicunt, litterae sonus, sed etiam minus durus, ut in urbe Velia est; isque potuit esse in *Fέκαστος* et aliis verbis vocali incipientibus (nempe *δFείδω* tulerint Pelasgi, Graeci non tulerunt); neque, etiamsi omnes credunt, persuadebunt mihi omnes, eam, quam nunc admiramur, Homericorum carminum elegantiam non ipsi poetae eique tem-

---

*) Ut ex pluribus unam afferam, exemplo esto tabula Heracleensis. In satis brevi inscriptione foedus continente *FΑΛΕΙΩΝ* et *ΕΥFΑΟΙΩΝ*, quam Olympiae repertam nuper edidit Payne-Knightius, legitur *FΕΤΕΑ, ΑΙΤΕ FΕΠΟΣ ΑΙΤΕ FΑΡΓΟΝ, FΕΤΑΣ.* Eleos esse *FΑΛΕΙΟΥΣ* apertum est; hinc Eleis tribuendus numus a Pellerino Recueil de medailles Vol. 1. tab. 10. no. 17. inter incertos relatus; atque videndum, an ob solum monogramma numus inscriptione *FΑΛΑΙ* signatus ibid. tab. 16. no. 4. pro Achaeo habendus sit.

pori deberi, quo integris viribus vigebat carmen epicum, sed eius aetatis favori et studio, in qua non propria vi florebat genus illud poeseos, sed repetendis tantum et imitandis veterum carminibus propagabatur. Alii autem probe intelligentes, his in universum disputatis nihil effectum iri, ex accurata Homericorum numerorum cognitione satis vere de digamma iudicare posse sibi videbantur; laudabili sane consilio, modo, an de Homericis numeris accurate possit disputari, quaesivissent. Nam si verae sunt vulgares de fatis Homericorum carminum opiniones, istud fieri plane nequit. Etenim si constat, eos, quibus conservatum debemus Homerum, rhapsodos posteaque Grammaticos digamma ignorantes frequenter reperisse hiatus, et, quoniam Atticae magis quam Ionicae dialecto assueti essent, et hunc et quicquid praeterea ob ignoratum digamma se offendisset, quantum fieri posset, obscurasse, hoc si constat, rem, coniunctis omnium, qui Homerum multa per secula tractarunt, studiis obscuratam ne acutissimus quidem nostrorum hominum ex iis in quibus iacet tenebris in lucem proferre possit. Sin vero, ut equidem contendo, falsa est ista sententia, poterit res explicari. Certe et dialecti et numerorum leges poeseos genere, non ea terra constituebantur, in qua pronuntiabatur carmen aliquod; et qui fabulam ex Attici sermonis legibus vacuam composuit omni litterarum hiatu, idem, si placuit epicum carmen conscribere, profecto et Ionica

dialecto utebatur et omnem numerorum licentiam, quam Homerus sibi sumpsit, igitur etiam hiatum facile admittebat. Quod ipsa rei natura probabile reddit, Homerus noster confirmat; cuius si rhapsodorum studiis commutati essent numeri, plane alia, quam nunc habet, forma esset indutus. Notumne fuerit rhapsodis digamma, nescio; quoniam nulla est eius ad Homerum relati mentio, dubito; sed esse tale quid in Homero senserunt, quoniam et in iis verbis tulerunt hiatum, in quibus digamma frequentatur Homero, et in iis, quae frequenter habent hiatum neque sunt digamma instructa. Eandem esse seriorum Epicorum rationem, ante demonstravi. Ea verba, quibus digamma fuisse mihi quidem certum est, vix ita, ut digamma violaretur, inculcabant rhapsodi, quippe mente tenentes Homericum, id est epicae poeseos usum. Talia vitia si occurrunt in Homero nostro — atque occurrunt non multa — Grammaticis tribuam, primis praesertim, quorum si fuit tanta, quanta putatur Zenodoti fuisse, inscitia, nemo mirabitur meam sensentiam. Dico: quanta putatur Zenodoti fuisse; neque enim talia Zenodotus, siquidem Graecus fuit, ignorare potuit, qualia plurima in illis reperiuntur. Potius in istis vitiis circumspectam, sive malis, putidam agnosco Grammaticorum in recensendo Homero rationem. Ex multis locis Homeri exemplaria confluxerunt Alexandriam, maxime, ut verisimile est, in privatorum hominum usus descripta,

neque semper ab iis, qui poetarum lectione tritas aures habebant. Quibus comparatis optimas lectiones elegerunt Alexandrini, neque quidquam temere mutaverunt, ne forte divinum divini poetae opus suis correctionibus deformarent. Sed cuicui rei ea vitia, quae numeros Homericos hodieque tenent, plerumque facile tollenda, tribuis, sive religioni, sive inscitiae Alexandrinorum, certe solis Alexandrinis assignanda sunt, quoniam et graviora essent a rhapsodis inflicta, et hiatus similiumque rerum ignoratio a Grammaticis facilius prodiit, quam a rhapsodis, quippe melioribus auribus instructis.

Quodsi ex ipso Homero erui et potest et debet, an digamma usurpaverit, an repudiaverit usus Homericus, quaeritur, quomodo in versu deesse consonantem — haec enim est digamma — intelligi possit. Duplex ratio locum habet: aut praecedit consonans, aut vocalis praecedit id verbum, quod consonanti incipit. Si praecedit consonans, sed in syllaba natura longa, an omissa sit sequens consonans, intelligi non potest. Deinde, si praecedit consonans in syllaba natura brevi, sed quae arseos vi produci possit, perinde, an omissa sit sequens consonans, in obscuro est. Denique, si natura brevis est syllaba consonanti finita, neque in arsi, sed in thesi posita est, et tamen producitur ante sequens verbum, certum hoc praebet argumentum, excidisse sequentem consonantem; certum igitur vestigium

est aeolicae litterae, quod brevis syllaba consonanti finita producitur in thesi ante ἕ, οἷ, et possessiva ὅς, ἥ, ὅν; non ita reperiuntur verba non minus quam illa incipientia longa syllaba, ἔργον, εἴδω, εἰπεῖν, Ἴλιος, οἶνος, οἶκος, ἴσος.

Si vocali finitur ea vox, post quam consonantem digamma suspicamur fuisse, deficiente consonante hiatus nascitur, cuius praecepta iam demonstrata sunt. Haec ad cognoscendum digamma adhibeamus. Longa vocalis si cum vocali concurrit, tum demum offendit, cum illa est in particulis καί, ἐπεί et similibus. Is autem hiatus, ut supra indicavi, Grammaticorum tantum ostendit, non Homeri praecepta. Brevium vocalium in arsi concursus plerumque digamma indicat. Si in thesi est, in solo medio primo et secundo pede offendit; ubi occurrit, aut corruptus est locus, aut habuit olim digamma.

Iam quae verba vere habuerint digamma, indicabo. Fuisse hoc in pronominibus tertiae personae etiam Homerico tempore, certa demonstrant indicia, productio brevis syllabae in thesi positae et vocalis brevis productio in arsi positae; neque deest hiatus in medio primo et secundo pede. Ex brevis vocalis in arsi positae productione nequit impugnari aspiratio verbi ἰάχω, sive fuerit ista digamma sive alius sonus, verbi factitii *), qui certe non multum absimilis

*) Priscian. II. p. 581. Vulgo dicunt Graeco nomine ὀνοματοποιητικόν.

esse potuit. Idem argumentum etiamsi non faveret aspirato ἔπος, (non εἰπεῖν,) faveret frequens in mediis prioribus pedibus hiatus. Denique solus hiatus certum reddit digamma in ἄναξ, ἕκαστος, ἰδεῖν (non εἴδω). Fortasse accedere debent quaedam rariora, ut ἴς, Latinorum vis. In iis autem verbis, quibus ego tribuo digamma, non solum saepe advocari debet ista littera ad explicandas metricas difficultates, sed etiam, ubi obscurata est, plerumque tam leviter obscurata est, ut facile restituatur, quo non violetur digamma; leves has corruptiones Grammaticis, ut dixi, tribuo, non rhapsodis, saepe, quae non Homerica erant, nunquam, quae Homero indigna, proferentibus. Levem restituendi illis verbis digamma rationem qui perspexerit, de ambiguo istius litterae usu, blando sane socordiae patrocinio, non cogitabit; plurimae offensiones in ἰάχω sunt et in ἕκαστα; quomodo hoc pluries iniquo loco inculcari potuerit, ostendet fortasse diversa lectio, quam in Apollonio IV. 800. supra notavi.

De Nonni hexametro.

Quae hucusque de progressu versus heroici instituendo illo ex apta verborum et pedum coniunctione disputavimus, vera sunt et in Homero et in Alexandrinis poetis. Sed delabente tempore aliae his de rebus valebant leges. Numeros

quaerebant poetae, accommodatos suo ingenio, igitur molles et effeminatos. Quamobrem primum in caesura hexametri aliam rationem secuti sunt. Ex tribus caesuris in omnibus fere illis, de quibus hucusque locutus sum, poetis infrequens est semiseptenaria; frequentissimae semiquinaria et trochaica. Qui alteram alteri praetulerint, nullos novimus, nisi bucolici carminis auctores Bionem et Moschum, qui in mollibus carminibus sola fere trochaica caesura utentes molles effecerunt numeros. In Theocrito enim, cuius carmen bucolicum habet aliquantum gravitatis, id institutum non est. Postea, ut maior fiebat temporum labes, ita etiam mollibus numeris mollique caesura magis utebantur, atque in gravioris etiam argumenti carminibus; id ex iis, qui supersunt, omnium maxime fecit Quintus Smyrnaeus, qui interdum in sexaginta versibus vix tres habet, quin trochaica caesura instructi sint. IX. 395 — 423. 425 — 453. Unde indicium desumi poterit ad eruendam huius poetae aetatem; proximum Nonni aetati fuisse oportet, quae et illius caesurae usu et aliis institutis numeros accepit omni vi et varietate destitutos, et proinde veteri poesi plane contrarios. Cuius rei iam causas explicabo. De caesura quidem res nota est; eamque attingere tantum opus est; semiseptenaria nunquam fortasse usus est Nonnus, semiquinaria infrequens est, trochaica frequentissima. Sed de dactylorum usu accuratius dicendum, quoniam



ea re omnes fere numerorum leges, quas in hoc Capite demonstravi, plane immutabantur. Vitabat illud poetarum genus plures in uno versu spondeos; ubi admittebat duo, non coniungebat, sed diversis ponebat locis. Coniunctos spondeos tum solum interdum admittebat, cum alter in secundo pedo erat, alter in tertio caesurà secatus. Sed in uno commate in XLVIII Dionysiacorum libris nunquam duos spondeos posuit; quae in primo commate repugnare videntur, adeo rara sunt, ut vel audacissima correctio potius ferenda sit, quam duo spondei poetae relinquendi. Plura leviter emendari possunt; quae graviorem corruptionem traxisse videantur, duorum tantum memini. Quorum unus est locus aliis quoque iniuriis librariorum non vacuus. XLVI. 10. ita loquitur Pentheus:

Ἡδὺς ὁ Τειρεσίαν ἀπατήλιον εἰς ἐμὲ πέμπων·
οὐ δύναταί σεο μάντις ἐμὸν νόον ἠπεροπεύειν.
Ἄλλοις ἔννεπε ταῦτα, θεὰ πόθεν υἱέϊ Ῥείης
οὐ Διῒ μαζὸν ὄρεξε, καὶ ἔτρεφεν υἷα Θυώνης.
Εἴρεο Δικταίης κορυθαιόλον ἄντρον ἐρίπνης,
ᾧ Ζεύς μ' ἠέξησε, καὶ οὐ γλάγος ἔσπασα Ῥείης.
Γείνατο καὶ Κορύβαντας, ὅπῃ ποτὲ κοῦρος ἀθύρων
μαζὸν Ἀμαλθείης κεροτρόφον αἰγὸς ἀμέλγων
ἦ θεὸς, ἠὲ γονῆς ἀπέμαξας καὶ σὺ τεκούσης.
Ψευδομένην Σεμέλην Κρονίδης ἔφλεξε κεραυνῷ κ. τ. λ.

Magis quam licuit mentitur Pentheus vs. 15.; hunc Iovis fuisse filium, aliunde non est notum. Et eam ob rem et ob spondeorum vitium ille versus pro corrupto habendus est; in sequentibus

mendosum videtur *γείνατο* et in quarto pede *ἀπέμαξας*. Igitur, usque dum alius me felicior rem gesserit, ita hunc locum legam:

> Εἴρεο Δικταίης κορυθαιόλον ἄντρον ἐρίπνης.
> Ζεὺς μέγας ἠέξησε, καὶ ὃ γλάγος ἔσπασε Ῥείης.
> Εἴρεο καὶ Κορύβαντας, ὅπῃ ποτὲ κοῦρος ἀθύρων
> μαζὸν Ἀμαλθείης κουροτρόφον αἰγὸς ἄμελγεν,
> ἢ Διὸς, ἠὲ γονὴν ἀπεμάξαο καὶ σὺ τεκούσης.

Ad postremum versum conferas Orphei Argon. 18. locum egregie ab Hermanno restitutum:

> Γηγενέων, οἳ πρόσθεν ἀπ' Οὐρανοῦ ἐκμάξαντο
> σπέρμα γονῆς.

ubi vide eiusdem viri notam.

XLVII. 69:

> κλάσσαι, βοθρῆσαί τε, βαλεῖν τ' ἐνὶ κλήματα γυροῖς.

Fortasse fuit *βοθριάσαι*, quanquam non in promptu sunt huius formae exempla.

In Paraphras. VII. 60:

> — — — ἀνὴρ δέ τις, ἢν ἐθελήσῃ
> αὐτοῦ πρὸς βούλησιν ἐναίσιμα ἔργα τελέσσαι.

Fortasse scribendum:

> πατρὸς ἐμοῦ βουλῆσιν ἐναίσιμα ἔργα τελέσσαι.

Ibidem IX. 94. legendum *ὑμείων παῖς*.

Etiam in Nonni imitatoribus nonnunquam restituendi sint dactyli pro spondeis. In Ioanne Gazaeo 204:

> ἀλλὰ φάος φαέθοντος ἀπαυγάζουσα σελήνη
> ἀργεννὴ λάμπουσα χαράσσεται.

Lege *ἀργυφέη*. cf. vs. 312.

Quanquam isti minorem in ea re curam posuisse videntur, quam is, qui iis exemplo fuit. Ut in eodem Ioanne 496. sanum videtur:

καὶ βροντῆς πρηστῆρες ἐμυκήσαντο θορόντες.

In Musaeo 172. est ὥς ἡ μὲν ταῦτ' εἶπεν; in Proclo Hymn. I. 22. Παιήων βλάστησε; in Colutho 13. Ἀργείης· αὗται γάρ; plura in Tryphiodoro, 16. 59. 71. 85. 124. 126. 137. 181. 211. 287. 340. 355. 357. 376. 398. 424. 530. 562. 583. 659. 661. Iste autem scriptor plane contra Nonni usum, ut alia plura, ita etiam in quinto pede spondeum posuit 123. 131. 174. 324. 329 sq. 536.

Omnium minime ad eos Epigrammatarios, qui aliis in rebus Nonnum imitabantur, illud praeceptum extendi velim. Qui in Ecphrasi S. Sophiae nunquam admisit liberiorem spondeorum usum, Paulus Silentiarius, in Epigrammatis plura habet id genus. XXIII. 1. χρυσέης εἰρύσσασα. XLVII. 5. αἰχμῇ δ' ἡμίβρωτα. XLVIII. 5. βραγχὸν τετριγυῖα. XLIX. 5. θεσμὸν τὸν Σπάρτας. LXXIII. 3. ζήσας ἐνδόξως. Macedon. XXXIII. 3. Σύῤῥεντος τρηχεῖα. XXXV. μνήμη καὶ λήθη. XXXVI. κάπρον μὲν χέρσῳ. Sed in Agathia Ep. LXX. 2. ex Cod. Vat. scribendum σκινδαλαμοφραστήν. — Neque in pentametris duos vitabant spondeos. Ut in Agathiae Epigrammate, quod in Pauli poematiis legitur LXX. 6. est ἐν σπουδῇ· καιρῷ. In Macedonio XL. 4. πωτῶνται πίπτειν, in XXXIII. bis idem admissum

καὶ Πολλεντίνων et *φύρησαν Βάκχῳ*, adeoque tres posuit Paulus Silent. XLV:

χρυσείαις πλέξας μείλιον ἀμφιδέαις.

quanquam hi ob gravem pentametri diaeresin non maiorem habent offensionem quam duo spondei.

Tam anxius si fuit Nonnus in non ponendis spondeis, ut in primo commate, quod in ceteris poetis maiorem habet licentiam, non admitteret duos spondeos, facile credetur, non solum ea, quae ceteri fugiunt poetae, ut spondeum in quinta sede et levem spondeum in quarta, sed etiam alia, quae ceteris non fuerint offensioni, eum declinasse. Hoc ita esse, maxime apparet ex quarta sede, cum qua nunquam verbum finivit Nonnus. Nam in eiusmodi versibus, qualis est V. 62:

καὶ νηὺς ἐτέλεσσε θεῶν, καὶ δώματα φωτῶν.

cf. VIII. 152. XI. 461. cum sequente verbo coniunctum est *καί*. In Paraphrasi VI. 224. XII. 59. interpolatoris esse cuivis apparet. Huius in sexto capite plurima sunt inde a versu 182.; in duodecimo vs. 59. et 60. item XV. 80. Sed in I. 3. legi potest *φάος*, in I. 63. *μεταναστιος*. Ioanni Gazaeo an relinquendum sit *ἀκουήν* 511., videant alii.

Hiatum ubique vitavit. Quare II. 650. ubi hi versus sunt de Terra Typhoeum lugente:

καὶ ταμίη κόσμοιο παλιγγενέος φύσιν ὕλης
ῥηγνυμένης κενεῶνα κεχηνότα εἶρξεν ἀρούρης.

pro *εἶρξεν* legendum videtur *κλεῖξεν*, quae futuri formae in Nonno obviae sunt.

V. 232:

θηρὸς ἀσημάντοιο κύων μαντεύεται ὀδμὴν
ὄρθια ὀξυκέλευθον ἐπὶ δρόμον οὔατα τείνων.

Lege ὄρθιος.

XI. 113:

καὶ θρασὺν εἰσορόωσα νέον θανατηφόρος Ἄτη
ὕρεσιν ἀγρώσσοντα ἀποπλαγχθέντα Λυαίῳ.

Lege παραπλαγχθέντα.

XI. 375:

— — — ἀπὸ βλεφάρων δέ οἱ αἰεὶ
κάλλος ὀϊστεύοντι ἑκηβόλος ἔρρεεν αἴγλη.

Lege ὀϊστεύοντος.

XII. 138:

τοῖα πόθῳ στενάχοντα ἀδακρύτου Διονύσου
φρικτὰ μετετρέψαντο παλίλλυτα νήματα Μοῖραι.

Lege στενάχοντος.

XLV. 204:

θυρσομανὴς τότε Βάκχος ἐὸν βέλος ὀξὺ ἀείρων.

Lege ὀξὺς, celer, ut ὀξὺς ἐάσας Paraphr. X. 44. XVIII. 181. ὀξὺς ἀκούσας XIX. 149. ὀξὺς ἀΐξας Arat. 334.

De Paraphrasi videant alii. Plurimi ibi hiatus sunt in interpolatis versibus, ut XVI. 91. XVIII. 97. etc. In XVI. 28:

ἐλθὸν δ' ἐνθάδε κεῖνο ἀπειθέα κόσμον ἐλέγξει.

legi potest ἐλθὼν δ' ἐνθάδε κεῖνος. Certe in genuinis versibus ne illic quidem hiatus tolerari potest. Atque omnino notandum, cum duo homines, Nonnus et Paulus Silentiarius, et lasciva et pia Christianisque illius temporis digna carmina scripserint, Paulum, converso animo, etiam numeros transmutasse, Nonnum in utroque car-

mine eadem numerorum expolitione usum esse; quanquam hoc ad genus etiam poeseos referre possis. — In Pauli Ecphrasi II. 51:

ἔνθα γὰρ ἀλλήλων ἀπονεύμενα, ἤθεσι τέχνης
ἠέρα γυμνὸν ἔδειξαν.

lege *μήδεσι.* In II. 351:

νήματα ποικιλόμορφα, ἃ βάρβαρος ἤροσε μύρμηξ.

lege *τὰ βάρβαρος.*

Sed haec hactenus. Hoc volui probare, maximum esse Nonni et priorum poetarum in numeris discrimen idque non in sola caesura positum. Similia demonstrari possunt de sermonis legibus; sed nobis iam manum movere de tabula propositum est. Unum addo in universum de Nonni numeris observandum. Quorum ut reprehendimus languorem omnemque desideramus varietatem, qua sane plane sunt destituti, ita admirari debemus ob aegre tractandam materiam eam artem, qua infelicem conatum poeta persecutus est. In graeca enim lingua frequentissima sunt verba spondeum efficientia, aut ex quorum coniunctione spondeus efficiatur, ideoque poetae quamvis repugnanti studioseque dactylorum copiam quaerenti saepissime se obtrudunt. Quam hoc verum sit, ex Homero intelligitur; in quo frequentes primi praecipue commatis spondei iique separati alii nulli quam huic rationi tribuendi sunt. Quamobrem in latinis poetis multo rariores sunt spondei, separati rarissimi; latina enim lingua multo pauciora verba habet, quae spondeum efficiant, quam habet graeca; ex levi utrius-

que linguae, flexionum maxime, comparatione facile id apparet; breves in fine verborum syllabas et aeolica dialectus amavit et latina lingua. Eadem ratio nostrae linguae est; si, quid longum esset, quid breve, tenerent nostri poetae, pauci apparerent spondeorum separatione dissoluti versus. Hanc difficultatem vicit Nonnus; ut vinceret, multas sibi sermonis leges constituere opus fuit, aliis demonstrandas, prae ceteris Augusto Wernickio, viro vetere amicitia mecum coniuncto, futuro Tryphiodori editori.

CAPUT NONUM.

De interpunctione.

In prioribus capitibus demonstravi, quomodo propositam sibi materiam ita constringat poeta, ut rhythmicos pedes proferat; deinde quomodo cum verbis rhythmici pedes ita sint coniungendi, ut nulla sit numerorum dissolutio, certe non ea, quae offendat. Sed id nondum satis est. Quomodo maiores et verborum et pedum compositiones concilientur, id etiam videndum; quam rem iam nobis tractandam proposuimus. Hoc quaeritur, an longior verborum enunciatio omnibus versus sedibus finiri, sive, quod idem est, an in quoque versus loco interpunctio esse possit, an ibi tantummodo, ubi versus finis vel intervallum est. Ea sane interpunctio frequentissima est, quae vel in verbi fine ponitur, vel in caesura, in qua est maximum versus intervallum. Sed ut numerorum nascatur varietas, etiam aliis locis collocatur interpunctio, in quibus nulla est offensio. Est autem offensio, si nimis ad caesuram accedit. Caesura enim cum adeo gravis sit, ut aequales duas faciat versus partes, cavendum est,

ne proxime caesuram fiat interpunctio; ita enim aut non observata caesura rhythmus violaretur, aut neglecta interpunctione obscuraretur sensus. Quae cum ita sint, rarissime boni poetae interpunctionem admiserunt in media secunda et quarta thesi; minus etiam post secundam thesin, si, ut solet, caesura est in tertio pede; nunquam post tertiam thesin, quoniam, sive in tertio sive in quarto pede sit caesura, ubique propinqua est tertiae thesi. Sin tale quid occurrit, excusationem habet in minorum enunciationum ideoque interpunctionum copia, quae, ne singulae gravius notentur, vetant. Sed haec accuratius tractemus. In media quidem secunda et quarta thesi non solum ob caesurae vicinitatem vitatur interpunctio, sed etiam quia omnino multo gratior est interpunctio, quae arsin separat a thesi, quam quae theseos partes a se ipsis separat. Sed quae in media quarti thesi post tempus XV. est, quoniam proxime antecedit quarti pedis finem, in quo frequentissima est interpunctio, non solum interpunctionem, sed etiam verbi finem ea in sede fugiebant poetae. Sed de hac iam copiose egit Hermannus. Interpunctio in media secunda thesi sive post tempus VII. nihil offendit, si in quarto pede caesuram ponere licet.

Il. *A.* 356. *I.* 111:

ἠτίμησεν· ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας αὐτὸς ἀπούρας.

H. 236:

ἠὲ γυναικὸς, ἣ οὐκ οἶδεν πολεμήϊα ἔργα.

I. 675:

ἦ ἀπέειπε, χόλος δ' ἔτ' ἔχει μεγαλήτορα θυμόν;

K. 99:

κοιμήσωνται, ἀτὰρ φυλακῆς ἐπὶ πάγχυ λάθωνται.

K. 496:

ἀσθμαίνοντα· κακὸν γὰρ ὄναρ κεφαλῆφιν ἐπέστη.

Ξ. 71:

ᾔδεα μὲν γὰρ, ὅτε πρόφρων Δαναοῖσιν ἄμυνεν.

P. 167:

στήμεναι ἄντα, κατ' ὄσσε ἰδὼν δηΐων ἐν ἀϋτῇ.

Φ. 78:

καί μ' ἐπέρασσας, ἄνευθεν ἄγων πατρός τε φίλων τε.

X. 108. Od. *Z.* 285:

ὧς ἐρέουσιν· ἐμοὶ δὲ τότ' ἂν πολὺ κέρδιον εἴη.

Od. *A.* 387:

ποιήσειεν· ὅ τοι γενεῇ πατρώϊόν ἐστιν.

K. 292:

φάρμακον ἐσθλὸν, ὅ τοι δώσω· ἐρέω δὲ ἕκαστα.

Ξ. 444:

οἷα πάρεστι· θεὸς δὲ τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' ἐάσει.

Ω. 339:

ἱκνεύμεσθα· σὺ δ' ὠνόμασας καὶ ἔειπες ἕκαστα.

Theognis 347. (337. Br.):

συλήσαντες· ἐγὼ δὲ κύων ἐπέρησα χαράδρην.

909. (889. Br.):

νῦν δ' οὐκ ἔστιν· ὃ δὴ καὶ ἐμοὶ μέγα πένθος ὄρωρε.

1303:

ἀλλ' ἐπίμεινον, ἐμοὶ δὲ δίδου χάριν. οὐκέτι δηρόν.

Theocrit. X. 32:

αἴθε μοι ἦσαν, ὅσα Κροῖσόν ποκα φαντὶ πεπᾶσθαι.

Orph. Hymn. II. 13:

κλῦθι μάκαιρα, δίδυ δὲ γονάς, ἐπαρωγὰς ἐῦσα.

X. 28:

πάντα σοί εἰσι (sic)· τὰ πάντα σὺ γὰρ μύνη τάδε τεύχεις.

Pythag. 56:

ὅτι κλύυσι· λύσιν δὲ κακῶν παῦροι συνίσασι.

63:

ἀλλὰ σὺ θάρσει, ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν.

Alia excusatio est, si plures interpunctiones sunt in versu, quae aut non poterunt omnes accurate voce notari, aut tam lente pronuntiabitur versus, ut numeros non laedat iniquo loco posita interpunctio. Ex eadem lenta pronuntiatione fit, ut nullam offensionem illa interpunctio habeat in dialogo vel quod dialogo simile est. Plures illae interpunctiones maxime reperiuntur, si epithetorum copiam enumerat poeta. Sic in Orphei Arg. 979:

τρισσοκάρηνος, ἰδεῖν ὀλοὸν τέρας, ὅτι δαϊκτόν.

coniungi possunt τρισσοκάρηνον ἰδεῖν; sed ob plures interpunctiones retineri potest etiam vulgaris ratio.

Ex dialogi vel similis sermonis natura haec feruntur:

Theocr. V. 110:

τοὶ τέττιγες, ὁρῆτε τὸν αἰπόλον ὡς ἐρεθίσδω.

IV. 6:

ὐκ ἄκυσας; ἄγων νιν ἐπ' Ἀλφεὸν ᾤχετο Μίλων.

XV. 72:

ὐκ ἐπ' ἐμὶν μέν· ὅμως δὲ φυλάξομαι.

Dorieus (Brunck. Anal. Vol. II. p. 63.);

καὶ θάμβος μέν· ἀτὰρ τῦδε πλέον ἤνυσε θαῦμα.

Sed nulla excusatio quam interpunctionis levitas his in locis est:

Il. *Δ*. 53:

τὰς διαπέρσαι, ὅτ᾽ ἄν τοι ἀπέχθωνται πέρι κῆρι.

Τ. 417:

μόρσιμόν ἐστι, θεῷ τε καὶ ἀνέρι ἶφι δαμῆναι.

Σ. 244:

χωρήσαντες, ἔλυσαν ὑφ᾽ ἅρμασιν ὠκέας ἵππους.

Od. *Ε*. 287:

ἀμφ᾽ Ὀδυσῆϊ, ἐμεῖο μετ᾽ Αἰθιόπεσσιν ἐόντος.

Κ. 517:

βόθρον ὀρύξαι, ὅσον τε πυγούσιον ἔνθα καὶ ἔνθα.

Ν. 89:

ἄνδρα φέρουσα, θεοῖς ἐναλίγκια μήδε᾽ ἔχοντα.

Σ. 53:

ἄνδρα γέροντα, δυῇ ἀρημένον· ἀλλά με γαστήρ.

Batr. 151:

ζητήσωμεν, ὅπως δολίους μύας ἐξολέσωμεν.

Theocr. XXV. 179:

εἰ σύγ᾽ ἐκεῖνος, ὃν ἄμμιν ἀκούοντεσσιν ἔειπεν.

Callim. fragm. CVI:

καὶ γὰρ ἐγὼ τὰ μέν, ὅσσα καρήατι τῆμος ἔδωκα.

Restat in Homero una gravior interpunctio Od. *Τ*. 377:

καὶ σέθεν εἵνεκ᾽· ἐπεί μοι ὀρώρεται ἔνδοθι θυμός.

Quoniam adeo rara est haec interpunctio, fortasse non genuina lectio est in loco Homerico. Non est, quantum memini, in poetis serioribus,

nisi in iis, qui plane malos versus fingunt, ut Dionys. Epigr. X. Anal. II. p. 255. Probl. arithm. XXII. XXXII. Is etiam, quem ne plane oblivi-scar, curandum est, Apollonius, postquam sua recepit I. 518., fortasse unam tantummodo et leviorem interpunctionem post tempus septimum retinet. IV. 518:

ἀνδράσιν Ἐγχελέεσσιν ἐφέστιοι· οἱ δ' ἐν ὄρεσσιν
ἐνναίουσιν, ἅπερ τε Κεραύνια κικλήσκονται.

Denique nolo corruptos mihi locos aliquis obiiciat. Corruptus est autem Bio fragm. XIII:

μισθὸν ἔδωκε· τιμὰ δὲ τὰ πράγματα κρέσσονα ποιεῖ.

quod quoniam abruptum est, corruptum manere oportet.

In Nonno Dionys. II. 361:

οὐ κλόνος ἀμφὶ πόληος ὀλίζονος· ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ
ἵστατο δῆρις· ἔην δ' ἐνὶ γούνασι νίκης
σκῆπτρα Διὸς καὶ θῶκος ἀέθλια δηϊοτῆτος.

secundi versus lacuna ita expleri debet:

ἵστατο δῆρις Ζηνός· ἔην δ' ἐνὶ γούνασι νίκης.

Interpunctio, quae post secundam thesin vel tempus VIII. est, easdem plerumque habet excusationes, quae in ea, quam modo tractavimus, locum habuerunt. Vacat offensione, si remota caesura et in quarto pede est.

Il. *K*. 504:

ὁρμαίνει· ῥοίζησεν δ' ἄρα, πιφαύσκων Διομήδεϊ δίῳ.

Λ. 817:

ὡς ἄρ' ἐμέλλετε, τῆλε φίλων καὶ πατρίδος αἴης.

O. 586:

ἀλλ' ὅγ' ἄρ' ἔτρεσε, θηρὶ κακὸν ῥέξαντι ἐοικώς.

P. 465:

ὀ γάρ πως ἦν, οἷον ἐόνθ' ἱερῷ ἐνὶ δίφρῳ.

Φ. 63:

γῆ φυσίζοος, ἥτε κατὰ κρατερόν περ ἐρύκει.

Hom. H. in Bacch. 11:

ὡς δὲ τὰ μὲν τρία, σοὶ πάντως τριετηρίσιν αἰεὶ
ἄνθρωποι ῥέζουσι τεληέσσας ἑκατόμβας.

Hesiod. Theog. 322:

ἡ δὲ χιμαίρης, ἡ δ' ὄφιος κρατεροῖο δράκοντος.

Theocriteorum, non Theocriti, XVI. 4:

ἄμμες δὲ βροτοί, οἱ δὲ βροτοὺς βροτοὶ ἀείδοντι.

Apollonius III. 467:

ναὶ δὴ τοῦτό γε, πότνα θεὰ Περσηΐ, πέλοιτο.

Quintus Smyrnaeus VII. 637:

ἀμφεχύθη δέ οἱ, εὖτε πατὴρ περὶ παιδὶ χυθείη.

XII. 409:

πολλάκι δ' ἔρρεον, οἷον ὅτε στυφελῆς ἄπο πέτρης
εἴβεεν ἐξ ὀρέων νιφετῷ πεπαλαγμένον ὕδωρ.

Correxi vulgatum οἷον ἀπὸ στυφελῆς ὅτε πέτρης.

Orph. Hymn. XVII. 9:

ἵλαος εἴης, εὐτυχίην μύστῃσι προφαίνων.

LVI. 4:

κούρη καὶ κόρε· πᾶσι καλὸν θάλος αἰὲν Ἄδωνι.

ut recte Hermannus, deleto σὺ post κόρε.

Lith. 522:

ἀμφαφάεις λίθον, ὃς πρὶν ἔχων ὑγρὸν δέμας ἦεν.

Pythag. 16:

ἀλλὰ γνῶθι μέν, ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασιν.

Plures sunt interpunctiones Theocr. XII. 13:

τὸν δ' ἕτερον πάλιν, ὥς κεν ὁ Θεσσαλὸς εἴποι, ἀΐταν.

Opp. Cyn. I. 159:

ἄρσενας ὐ μόνον, ὅττι χερείονές εἰσι πόδεσσι.

Dialogus est in Philodemi Epigr. XVI:

ἀλλὰ τί μοι πλέον; ἔστι γὰρ ὖν θρασύς, ἠδ᾽ ὅταν ἕλκῃ
πάντοσ᾽ Ἔρως, ἀρχὴν ὐδ᾽ ὄναρ οἶδε φόβον.

Ubi ad maiorem reddendam verbi vim repetitur verbum, tum demum inhibetur vox, cum denuo illud verbum prolatum est. Quare nulla offensio in Bione I. 69:

ἔστ᾽ ἀγαθὰ στιβάς, ἔστιν Ἀδώνιδι φυλλὰς ἑτοίμα.

Moscho I. 22:

πάντα μὲν ἄγρια, πάντα.

Oppian. Cyneg. II. 393:

θάμβος ἔφυ τόδε, θάμβος ἀθέσφατον, ὁππότε θῆρας
ἀλλοδαποὶ τείρυσι πόθοι.

Nonn. XLVIII. 756:

εἶδον ἐγὼ κλέτας, εἶδον, ὅπῃ ζυγίῃ παρὰ πέτρῃ
ἀπροϊδὴς δολόεντι γυνὴ νυμφεύεται ὕπνῳ.

Epigr. adesp. DCCXI:

εἶχεν γὰρ χάριν, εἶχεν ἐπ᾽ ἠϋχρόοισι προσώποις.

Emendationem requirunt hi loci:

Hesiod. Theog. 553:

χώσατο δὲ φρένας· ἀμφὶ χόλος δέ μιν ἵκετο θυμόν.

Interpunge post φρένας ἀμφί.

Solon V. 31. de Nemesi:

ἤλυθε πάντως· αὖτις ἀναίτιοι ἔργα τίνυσιν.

Interpunge post πάντως αὖτις.

Theocriti V. 25:

καὶ πῶς, ὦ κίναδ᾽, εὖ τάδε γ᾽ ἔσσεται ἐξ ἴσυ; ἄμμιν;

καὶ πῶς, ὦ κινιδεῦ, restituit Eldikius.

XXIII. 41:

ὃ δύναμαι ζῆν, εἴγε διαλλάξας με φιλασεῖς.

Ex codicum vestigiis legerim:

ὃ δύναμαι ζητεῖν σε, διαλλάξεις με φιλάσας.

non possum te persequi, igitur nihil est quod te deterreat ab osculo; placabis me osculando.

Quintus Sm. III. 93:

οἱ μὲν γὰρ Τρώεσσι μενοίνεον εὖχος ὀρέξαι,
οἱ δ' ἄρ' Ἀχαιοῖς, οἱ δὲ διάνδιχα μητιόωντες
δέρκοντο.

Lege:

οἱ δ' ἄρ' Ἀχαιοῖσιν· διὰ δ' ἄνδιχα μητιόωντες.

Ut hic *διάνδιχα*, ita *διαμπερὲς* pluries separatur in Homero. In libris est *Ἀχαιοῖς διάνδιχα*, omisso *οἱ δέ*. De triplici Deorum sententia nunquam sermo est.

IV. 517:

— — — — — — ὐδὲ ποδοῖιν
ἐν χθονὶ σήματα· τόσσον ὑπεξέφερον δρόμον ἵπποι.

Lege:

ἐν χθονὶ σῆμ'· ὅτι τόσσον —

XIII. 267:

ἡ δ' ἄρα παιδὸς ἑοῖο καὶ ἀνέρος ἠδὲ τοκῆος
μνησαμένη φίλυ, αἰνὸν ἐΰσφυρος Ἠετιώνη.

Ita male Tychsenius correxit vulgatum *μνησαμένη, φίλον αἰνόν.* Quid fuerit poetae, divinari vix potest. Optimum est Rhodomanni *μνησαμένη φίλον ἦτορ.*

Oppian. Cyneg. I. 305:

ἦ γάρ τοι θήρεσσιν ἐπ' ἄλλοις ἄλλα γένεθλα
ἵππων ἄρμενα, πολλὰ τά τοι φράζυσιν ὀπωπαί.

Revocanda Belini distinctio *ἄρμενα πολλὰ, τά τοι*.

II. 414:

ἦλθες ἐς αἰθέρα· ἔδδεισεν δέ σε μακρὸς Ὄλυμπος.

Superscriptam hanc lectionem in Cod. Paris. (B.) recepit Schneiderus. In textu illius libri, ut in ceteris, est: *ἤλυθες εἰς αἰθήρ, οἶδεν δέ σε μακρὸς Ὄλυμπος.* Refinge:

ἦλθες ἐς αἰθέρα δῖον· ἔδεισε δὲ μακρὸς Ὄλυμπος.

IV. 407:

— — — — — — ἡ δέ τ' ἀνιγρή,
ἀμφίβολος μάλα, πάμπαν ἀτυζομένη πεφόρηται.

Distingue *ἀμφίβολος, μάλα πάμπαν*.

Nonnus Paraphr. VII. 17:

ἀμφαδίην δ' ἐθέλει θρασὺς ἔμμεναι· εἰ τάδε ῥέξεις
ποικίλα θαύματα, δεῖξον ὁρώμενα θαύματα κόσμῳ.

Lege:

— — — — — — εἰ τάδε ῥέζεις,
ποικίλα θαύματα δεῖξον, ὁρώμενα θαύματα κόσμῳ.

Crinagoras Ep. XXXIX:

ποιμὴν ὦ μάκαρ, εἴθε κατ' ὄρεος ἐπροβάτευον
κἠγώ.

Lege:

ποιμὴν ὦ μακαριστέ, κατ' ὄρ.

Aliis in locis delenda *στιγμή* ut mala Editorum sedulitate posita. Ut in Apollonio II. 914:

βλήμενος ἰῷ, κεῖθεν ἐπ' ἀγχιάλῃ φάνεν ἀκτῆς.

Quinto I. 453:

ἀλλ' ἄρα νηΐδες, ἔργον ἐπ' ἄτλητον μεμαυῖαι.

VIII. 230:

— — — — — — οἱ δ' ἀΐοντες
θεσπεσίην ὄπα, πάντες ἐθάμβεον· οὐ γὰρ ἴδοντο.

ubi aeque bene ad priora quam ad sequentia pertinere potest *πάντες*.

Restant duo Oppiani loca, quae, cum sola relicta sint, an pro sanis habenda sint, aliorum remitto iudicio. Cyn. III. 368:

— — — — κατὰ δ' αὐχένος ὀρθαὶ
φρίσσουσι τρίχες, οἷα περισσολόφων πηλήκων.

IV. 227:

ὡς κείνη σκυλακῆος ἀπόπροθεν εἰσαΐουσα
ἔδραμε καὶ θόρεν, οὔτιν' ὀϊσσαμένη δόλον εἶναι.

Certe auctori Inscriptionis Smyrnaeae in Anthol. Gr. Vol. XIII. p. 810. hanc elegantiam relinquendam arbitror:

γῆρας ἀπέξεσεν, ἠδ' ἀκμῆνα τετεύξατο γυῖα.

nec minus aeque bonis poetis, ut auctori Probl. arithm. XXII:

τὸν δ' ἠμείβετο· Ναῦτα, μέσον Κριοῖο μετώπου.

Si interpunctio est post tertii pedis thesin vel post tempus XII., quoniam ea semper caesurae vicina est, alia nulla valet excusatio, quam aut interpunctionum copia aut insignis interpunctionis levitas. Illa in pluribus locis advocanda est.

Theocr. V. 6:

ἐκτάσω σύριγγα; τί δ'; οὐκέτι σὺν Κορύδωνι
ἀρκεῖ τοι καλάμας αὐλὸν ποππύσδεν ἔχοντι;

XIV. 44:

εἴκατι ταὶ δ', ὀκτὼ ταὶ δ', ἐννέα ταὶ δε, δέκ' ἄλλαι.

XXI. 15:

οὐδεὶς δ' οὐ χύτραν εἶχ', οὐ χόα. πάντα περισσά etc.

Orph. Hymn. XII. 3:

αἰολόμορφε, χρόνου πάτερ, ἀΐδιός τε καὶ εὔφρων.

Opp. Cyneg. I. 402:

μηκεδανόν, κρατερὸν δέμας, ἄρκιον, ἠδὲ κάρηνον
κοῦφον, εὔγληνον.

Quanquam in illo loco rectius fortasse coniungetur δέμας ἄρκιον, ut est coniunctum III. 185.

Huc refero etiam Apollonii III. 417:

ἠέριος ζεύγνυμι βόας, καὶ δείελον ὥρην
παύομαι ἀμητοῖο· σὺ δ', εἰ τάδε τοῖα τελέσσεις,
αὐτῆμαρ τόδε κῶας ἀποίσεαι ἐς βασιλῆος.

Levis interpunctio nihil offendit Od. *E*. 234:

δῶκε μέν οἱ πέλεκυν μέγαν, ἄρμενον ἐν παλάμῃσιν.

Od. *K*. 222:

ἱστὸν ἐποιχομένης μέγαν, ἄμβροτον· οἷα θεάων.

Levis etiam, attamen paullo magis offendens est Il. *E*. 580:

Ἀντίλοχος δὲ Μύδωνα βάλ'; ἡνίοχον θεράποντα.

Λ. 154:

αἰὲν ἀποκτείνων ἕπετ', Ἀργείοισι κελεύων.

P. 459:

τοῖσι δ' ἐπ' Αὐτομέδων μάχετ', ἀχνύμενός περ ἑταίρου.

Od. *Λ*. 259:

τὴν δὲ μέτ' Ἀντιόπην ἴδον, Ἀσωποῖο θύγατρα.

Cf. 265.

Sed multo maior est offensio, ubi apodosis post tertium pedem incipit. Hoc in uno Odysseae loco, ut hodie quidem legitur, invenitur. *Γ*. 34:

οἱ δ' ὡς ἂν ξείνους ἴδον, ἀθρόοι ἦλθον ἅπαντες.

de qua lectione aliquantum dubito. Alii loci emendandi sunt.

In Quinto IX. 208:

— — — πολέες δὲ καὶ, ἐκ ἀλέγοντες ἀνάκτων,
ἐκ πολέμοιο φέβοντο.

apertum est, distinguendum esse πολέες δὲ, καὶ ἐκ ἀλέγοντες.

IX. 353:

οἱ δ' ὅτε δὴ Λῆμνον κίον, ἠδὲ καὶ ἄντρον ἔδυνον
λαΐνεον, τόθι κεῖτο πάϊς Ποίαντος ἀγαυῦ.

Vulgo legebatur:

οἱ δ' ὅτε δὴ Λῆμνον κίον, ἠδὲ καὶ ἄντρον κοῖλον;

Scripsit:

οἱ δ' ὅτε δὴ Λῆμνον κοίλην κίον, ἠδὲ καὶ ἄντρον
λαΐνεον.

In Apollonio IV. 626:

— — — τὰ δὲ δάκρυα μυρομένησιν,
οἷον ἐλαιηραὶ στάγες, ὕδασιν ἐμφορέοντο.

distinguendum:

οἷον ἐλαιηραὶ στάγες ὕδασιν, ἐμφορέοντο.

Mali poetae est Epigr. adesp. DCXXVI:

Χίλων ὃς Πατρεὺς ἦν· αὐτὰρ ὁ λαὸς Ἀχαιῶν
ἐν πολέμῳ φθίμενον θάψ' ἀρετῆς ἕνεκεν.

Demonstravimus hucusque, in omnibus iis versus sedibus, quae vicinae essent caesurae, pravam fuisse interpunctionem; remotioribus non obstabat caesura; in his igitur ferenda videtur interpunctio fuisse. Ac sane in omnibus primi pe-

dis locis et post secundi arsin frequens est in omnibus poetis interpunctio, qui ante Nonnum fuerunt; is enim, ne quid relinqueretur antiqui roboris, nunquam, in Dionysiacis certe, aliis locis admisit interpunctionem, quam in fine versus, in caesura et post quartum pedem; in Paraphrasi aliquoties post secundam arsin vel tempus sextum periodum finivit, e. g. I. 109. 147. II. 13. IV. 163. VII. 63., fortasse etiam aliis locis, ut in fine primi pedis V. 32. Sed in ceteris quoque versus sedibus, qui post quartum pedem sunt, interpunctioni non obstabat caesura; obstabat autem alia res. Est ea propinquus versus finis; in quo cum levitas numerorum requireretur, ea minime nata esset, si illis in locis interpunctionem admisissent poetae novamque orsi essent periodum, ob cuius cum sequenti versu cohaerentiam suspensam manere vocem oportuisset. Nam si unum verbum, v. g. interiectio, versu exeunte iniicitur, ut in Bionis I. 31.

κάτθανε θ' ἁ μορφὰ σὺν Ἀδώνιδι Κύπριδος· αἶ αἴ.

id non est incommodum. Sed cum id raro fieri possit, sed plerumque in sequentem versum transcurrisset nova periodus, accedente versus exitio, fugiebant interpunctionem. Quae si necessaria fuit in posteriore versus commate, solus ei locus patebat in fine quarti pedis. Nam etsi alias mala sit finiti verbi cum finito pede congruentia, quoniam ita nihil est, quod ad ul-

terius progrediendum impellat vocem, ideoque dissolvitur rhythmus: interdum ista ipsa dissolutio advocabatur, ut finis periodi graviter notaretur; plerumque autem dactylus ponebatur, cuius levitate obscuratur ista dissolutio. In quinto pede omnes poetae graeci, aliter quam latini, spernunt interpunctionem. Hoc an verum sit, an obstet poetarum usus, iam videamus.

Interpunctio quidem post tempus XVIII., quoniam post arsin est, in virilibus Homericis numeris aliquoties usurpata est.

Il. *Δ.* 112:

καὶ τὸ μὲν εὖ κατέθηκε τανυσσάμενος, ποτὶ γαίῃ ἀγκλίνας.

M. 400:

τὸν δ' Αἴας καὶ Τεῦκρος ὁμαρτήσαντ'· ὁ μὲν ἰῷ βεβλήκει τελαμῶνα περὶ στήθεσσι φαεινόν.

Ξ. 175:

τῷ ῥ' ἥγε χρόα καλὸν ἀλειψαμένη, ἰδὲ χαίτας πηξαμένη, χερσὶ πλοκάμους ἔπλεξε φαεινούς.

O. 449:

Ἕκτορι καὶ Τρώεσσι χαριζόμενος· τάχα δ' αὐτῷ ἦλθε κακόν.

P. 291:

Ἕκτορι καὶ Τρώεσσι χαριζόμενος· τάχα δ' αὐτῷ ἦλθε κακόν.

X. 143:

ὣς ἄρ' ὅγ' ἐμμεμαὼς ἰθὺς πέτετο· τρέσε δ' Ἕκτωρ τεῖχος ὕπο Τρώων.

Od. Z. 86:

ἔνθ' ἤτοι πλυνοὶ ἦσαν ἐπηετανοὶ, πολὺ δ' ὕδωρ
καλὸν ὑπεκπρορέει.

I. 183:

— — — — — — ἔνθα δὲ πολλὰ
μῆλ', ὄϊές τε καὶ αἶγες ἰαύεσκον· περὶ δ' αὐλὴ
ὑψηλὴ δέδμητο κατωρυχέεσσι λίθοισιν.

Λ. 313:

οἵ ῥα καὶ ἀθανάτοισιν ἀπειλήτην, ἐν Ὀλύμπῳ
φυλόπιδα στήσειν πολυάϊκος πολέμοιο.

Λ. 375:

καὶ κεν ἐς ἠῶ δῖαν ἀνασχοίμην, ὅτε μοι σὺ
τλαίης ἐν μεγάρῳ τὰ σὰ κήδεα μυθήσασθαι.

Λ. 599:

αὐτὰρ ὅγ' ἂψ ὤσασκε τιταινόμενος· κατὰ δ' ἱδρὼς
ἔῤῥεεν ἐκ μελέων, κονίη δ' ἐκ κρατὸς ὀρώρει.

Hom. H. in Cer. 27:

κούρης κεκλομένης πατέρα Κρονίδην· ὁ δὲ νόσφιν
ἧστο θεῶν ἀπάνευθε πολυλλίστῳ ἐπὶ νηῷ.

Similia quaedam admisit seriorum poetarum negligentia, raro tamen. Manetho II. 200:

ταύτης δ' ὐκ ἂν ὄνοιντο δαημοσύνης· τάδε γάρ σφιν
ἀντ' ἀγαθῶν καὶ λυγρὰ καὶ (del. δ') ἀντία γίνεται αἰεί.

V. 21:

μύθοις ὐρανίοισι φέρων παρέθηκα γελοῖα,
χρύσεα χαλκείοισιν, ἐπεὶ καὶ δόγματα θεῖα,
οἷο κόχλος χρυσῷ περικείμενος ἔσθ' · ὁ δὲ χρυσὸς
κοσμεῖται (sic) κοχλάδεσσιν ἁλὸς περιπορφύροντος.

VI. 86:

εἰ τῶν μὲν τροχάοι τις ὁμῦ ἑτέρῳ, ὃ δὲ κέντρῳ
ἄλλῳ ἐπεμβεβαὼς λεύσσοι κείνυς ἀνιόντας.

VI. 661:

ἢν δὲ μεσουράνιον κέντρον κενεὸν Διὸς εἴη,
οἱ δ᾽ ὀλοοὶ ἑκάτερθε φαείνωσιν, τότε θνητοὶ
οὐ μόνον ἐν πενίῃς κρυερῆς κάμνουσιν ἀνίαις.

Orph. Lith. 661:

— — — — παλαιοτέρην τ᾽ ἀπερύκει
μιγνύμενος λευκοῖο μετὰ γλάγεος· κεράσας δὲ
ἰχῶρι σφετέρῳ, μέλιτι γλυκερῷ δὲ διάνας
ἐκ βλεφάρων ἀπὸ πᾶσαν ἄγεις νόσον.

Crates Thebanus (Brunck. Anal. I. p. 186.):

ἐξ ὧν οὐ πολεμοῦσι πρὸς ἀλλήλους· ἐπὶ τούτοις
οὐχ ὅπλα κέκτηνται, ἐπὶ κέρματι δ᾽, ἢ ἐπὶ δίψῃ.

Sed in Nonno III. 125. interpungendum ante *τανυσσαμένη*. XII. 26. scribendum: *μὴ κρύπτε, κασιγνήτη ὅτι μούνη.*

Similia quaedam in poetis elegiacis reperiuntur. Theognis 885:

εἰ μὲν γὰρ κατιδεῖν βιότου τέλος ἦν, ὁπόσον τις
ἤμελλ᾽ ἐκτελέσας εἰς Ἀΐδαο περᾶν.

Simonides Epigr. LVIII:

ἦρχε μὲν Ἀδείμαντος Ἀθηναίοις, ὅτ᾽ ἐνίκα
Ἀντιοχὶς φυλὴ δαιδάλεον τρίποδα.

Ion Chius II:

κιρνάντων προχύταισιν ἐν ἀργυρέοις· ὁ δὲ Χρύσης
οἶνον ἔχων χειροῖν νιζέτω εἰς ἔδαφος.

Antipater Thess. XLII:

νήχεθ᾽ ὁ μέν· τὸν δ᾽ εἷλε κύων ἅλιος· Παναλάστωρ
Κηρῶν οὐδ᾽ ὑγρῷ παύεται ἐν πελάγει.

Interpunctio post tempus XIX.

Magis etiam interpunctio vitabatur post tempus XIX., quoniam et in media thesi erat et fini

propinquior. Plurimi quidem loci, in quibus hodie legitur, emendationem desiderant.

Il. *M*. 49:

> ὣς Ἕκτωρ ἀν' ὅμιλον ἰὼν εἰλίσσεθ', ἑταίρους
> τάφρον ἐποτρύνων διαβαινέμεν.

Schol. Ven. ἐλλίσσεθ' ἑταίρους legunt. Mallem praeberent εἰλίσσεθ' ἑταίρων.

Od. *B*. 111:

> σοὶ δ' ὧδε μνηστῆρες ὑποκρίνονται, ἵν' εἰδῇς
> αὐτὸς σῷ θυμῷ, εἰδῶσι δὲ πάντες Ἀχαιοί.

Non dubito, scribendum esse ὑποκρίνονθ', ἵνα εἰδῇς. Et interpunctio ita ferenda et hiatus in fine pedis, etiamsi εἴδω non habeat digamma. Similis elisio in arsi est Il. *A*. 546. Od. *Ξ*. 104.

M. 108:

> ἀλλὰ μάλα Σκύλλης Σκοπέλῳ πεπλημένος, ὦκα
> νῆα πάρεξ ἐλάαν.

Coniunge πεπλημένος ὦκα.

In Theocrito V. 29:

> — — — — — — ἀλλὰ γὰρ οὔ τοι
> ὥριφος ἰσοπαλής; τὺ (ἴδ' ὁ τράγος) οὗτος ἔρισδε.

veram censeo H. Volgeri emendationem τυΐδ' ὁ τράγος, modo ita interpungatur:

> — — — — — — ἀλλὰ γὰρ οὔ τοι
> ὥριφος ἰσοπαλής; τυΐδ' ὁ τράγος. οὗτος. ἔρισδε.

haedus tibi non placet? hircus placebit. ecce, adest. ordire certamen. Ita profecto et sensus bonus est et numeri probi; nam et in quarta sede antecedit interpunctio neque in sequentem versum transcurrit periodus.

In Oppiani Cyneg. II. 610:

ἀλλὰ τὸ μὲν φιλέουσι, τὸ δ' ἐχθαίρουσι χόλοισιν·
αὐταῖς δ' ἀγκαλίδεσσιν ἑῶν ἔκτεινε τοκήων.

improbanda est Cannegieteri coniectura ἐχθαίρουσι· πόθος δὲ αὐταῖς ἀγκαλίδεσσιν scribentis. Similia coniecit Rutgersius Varr. Lectt. V. 2.; Brunckius τέθνηκε pro ἔκτεινε. Scripsit fortasse Oppianus:

αὐταῖς δ' ἀγκαλίδεσσιν ἑῶν ἐκτείνετο πηῶν.

quanquam pro parentibus positum πηῶν non possum exemplis confirmare. — In Nonni Paraphr. XV. 6. coniunge ἐστὲ καὶ αὐτοί.

In Palladae XC. ita distinguendum:

πάντες μὲν δειλοὶ καὶ ἀλαζόνες, εἰσὶ καὶ, εἴτι
ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἄλλο πέφυκε πάθος.

In hoc poeta non sum adeo sollicitus de numeris; magis de verbis, quia, ut vulgo positum est, εἰσὶ admodum languet.

In non corruptis locis nonnunquam levis interpunctio legitur. Ut aliquoties in Theocrito XVII. 66:

Ὄλβιε κῶρε γένοιο, τίοις δέ με τόσσον, ὅσον περ
Δῆλον ἐτίμησεν κυανάμπυκα Φοῖβος Ἀπόλλων.

XXI. 4:

Κὴν ὀλίγον νυκτός τις ἐπιψαύσησι, τὸν ὕπνον
αἰφνίδιον θορυβεῦσιν ἐφεστάμεναι μελεδῶναι.

In Apollonio IV. 589:

— — — — Πολυδεύκεα δ' εὐχετάασθαι
Κάστορά τ' ἀθανάτοισι θεοῖς ἤνωγε, κελεύθους
Αὐσονίης ἔμπροσθε πορεῖν ἁλός.

Ita enim distinguendum est. Quintus Smyrnaeus VI. 564:

— — — — θοὸν δέ οἱ ἅρμα πεσόντος
λυγρὸν ἐπισσώτροισι δέμας διελίσσετ', ὀπίσσω
ἵππων ἱεμένων.

Batrachom. 403:

καὶ τότε κηρύκεσσιν ἑοῖς ἐκέλευσαν, ὑπ' ὄρθρον
κηρύσσειν ἀγορήνδ' ἐς δώματα Τρωξάρταο.

Gravis interpunctio est in Orph. Lith. 509:

τόνδε δέ μοι πάντων περιώσιον, ὅσσα φύονται,
Φοῖβος ἀκερσεκόμης φύσιν ἔμμεναι ἐξ ἑτέροιο
μυθεῖτ' εἰς ἕτερον στρωφώμενον εἶδος· ὅ τίς τοι
ψεῦδός κεν φαίη· τόδ' ἐτήτυμον οἶδα τετύχθαι.

Similia nonnulla in Elegiacis poetis reperiuntur. Theognis 725:

τίς δὴ καὶ βροτὸς ἄλλος ὁρῶν πρὸς τῦτον, ἔπειτα
ἅζοιτ' ἀθανάτυς; καὶ τίνα θυμὸν ἔχοι;

Meleager LXXXVI:

Ζηνοφίλα, σοὶ σκῆπτρα Πόθων ἀπένειμαν, ἐπεί σοι
αἱ τρισσαὶ Χάριτες τρεῖς ἔδοσαν χάριτας.

Leonidas Tar. LXIX:

ὁ πρὶν καὶ Γύγη παρισεύμενος ὄλβον, ὁ τόπριν
βυπάμων, ὁ πρὶν πλέσιος αἰπολίοις.

LXXIX:

δυσκώφει μὲν, Γόργε· τί τοι χαριέστερον, εἰ τρεῖς
ἢ πίσυρας ποίας θάλψῃ ὑπ' ἠελίῳ;

XCIX:

ὀκτωκαιδεκέτης ὃς ἀπώλεο, τέκνον· ἐγὼ δὲ
ὀρφάνιον κλαίω γῆρας ὀδυρομένη.

Parmenio II. (Anal. II. p. 201.):

Εἰς Δανάην ἔῤῥευσας, Ὀλύμπιε, χρυσός, ἵν' ἡ παῖς
ὡς δώρῳ πεισθῇ, μὴ τρέσῃ ὡς Κρονίδην.

Lucianus VII:

πεινάσαιμι γὰρ αὖτις ἔτι πλέον ἢ πρὶν, ἐκείνης
εἰ χορτασθείην τῆς παρὰ σοὶ σπατάλης.

Lentulus Gaetulicus VII:

τὸν ψεύσταν δ' ἐμὲ τύμβον ἐπὶ χθονὶ θέντο. τί θαῦμα;
Κρῆτες ὅπυ ψεῦσται καὶ Διός ἐστι τάφος.

Sine interrogationis signo pentameter scribendus. Ceterum quanquam cum versu sensus finitur, tamen illa quoque interpunctio mala est, quoniam trochaica est.

Interpunctio post quintum pedem.

Interpunctio post quintum pedem in Epicis admodum rara *). Qui maiora carmina scripserunt, nemo, quantum scio, praeter Quintum Smyrnaeum levioris in illa sede interpunctionis licentiam sibi sumpsit. In quo haec sunt exempla. VII. 659:

ἀλλά, τέκος, κείνυ μὲν ἐγὼ(ν) ὐ λήσομαι, ἦτορ ἀχνύμενος.

IX. 460:

ᾤκτειραν μάλα πάντες ἑκηβόλον ἀνέρα, λυγρῷ ἕλκεϊ τειρόμενον.

---

*) *Οὐδέποτε ὁ εἰκοστὸς χρόνος τῦ ἡρωϊκῦ στιγμὴν ἐπιδέχεται.* Schol. Harl. ad Odyss. *B.* 77. p. 123. Lips. Notabilis haec est observatio; plura enim eius generis praecepta in Grammaticorum libris haud facile reperientur.

XIV. 502:

ὐδὲ κυβερνητῆσι πέλεν μένος εἰςέτι, νηῶν
χερσὶν ἐπισταμένῃσι θοῶς οἰήϊα νωμᾶν.

nisi ibi distinguendum *μένος, εἰςέτι νηῶν.* Ex aliis poetis iisque satis malis duo notavi. Orph. fragm. II. 40:

ὦ τέκνον, σὺ δὲ τοῖσι νόοισι πελάζεο, γλώσσην (imo *γλῶσσαν*)
εὖ μάλ᾽ ἐπικρατέων.

Cyrus (Brunck. Anal. II. p. 454.):

Πιερίδες, φεύγωμεν ἐϋκτιμένην πόλιν, ἄλλην
πατρίδα μαστεύσωμεν.

Nam cetera exempla corrupta sunt vel male distincta. Ut in Eueni versibus Brunck. Gnom. p. 132:

Φημὶ πολυχρονίην μελέτην ἔμεναι, φίλε· καὶ δὴ
ταύτην ἀνθρώποισι τελευτῶσαν φύσιν εἶναι.

eius nomen *καὶ δὴ* continere suspicor, ad quem Euenus scripsit. Si Theognidis esset, legerem *Πολυπαΐδη.* In Oppiano Hal. V. 425. *ἀνδράσιν* non cum *ἐνηέες*, sed cum *οἵην* iungi debet. In Nonno XLVIII. 596. legendum:

τοῖον ἔπος βοόωσα γάμυ πρωτάγγελον Αὔρη·
παρθενική, μόλε δεῦρο.

Quamobrem etiam in Homero Il. *Λ.* 102. scribendum videtur:

υἷε δύω Πριάμοιο, νόθον καὶ γνήσιον, ἄμφω,
εἰν ἑνὶ δίφρῳ ἐόντας.

In Paulo Silentiario Ecphr. II. 286:

Οὐδὲ μὲν ὐδ᾽ αὐτῶν παραδέδρομεν εἴδεα, τέχνη
οἷς κύρτος, νεπόδων τε τὸ δίκτυον.

lege: *παραδέδρομεν εἴδεα τέχνῃ, οἷς κύρτος.* Ibid. II. 475. ita interpungendum:

> Ὃς δὲ πυρισπείρητον ἐπακτρίδα, θέλγεται ἄλλος
> εἰσορόων λαμπτῆρα μονάμπυκα.

In Nonno Paraphr. XII. 127:

> ἔννεπε σημαίνων, ποίῳ ζωαρκεῖ πότμῳ
> Ἰησοῦς ἤμελλε θανεῖν λαόσσοος αὐτός.

Vulgo *λαόσσοος· αὐτῷ.*

Aliquoties ista interpunctione elegiaci poetae usi sunt. Diotimus III. (Anal. I. p. 250.):

> Ὄλβιος ἦσθα, κύπασσι, καὶ ὡς (leg. ἐς) τότε καὶ πάλιν, ὅς νῦν
> χρύσεον Ἀρτέμιδος τοῦτ' ἐπέβης μέλαθρον.

Arcesilaus II. (Anal. II. p. 62.):

> σῆμα δέ τοι τόδ' ἔρεξεν ἀριφραδὲς Εὔδαμος, ᾧ σύ
> πολλῶν πενεστέων ἦσθα προσφιλέστερος.

Archimelus I. 1. (Anal. II. p. 64.):

> τίς τόδε σέλμα πέλωρον ἐπὶ χθονὸς εἵσατο; ποῖος
> κοίρανος ἀκαμάτοις πείσμασιν ἠγάγετο;

Epigr. adesp. DLXIV:

> εἰ δέ σε φίλατο Καλλιόπη, λάβε μ' ἐς χέρας· εἰ δὲ
> νῆϊς ἔφυς Μυσέων, χερσὶ βάρος φορέεις.

Sed in Antipatro Thess. XLIV:

> πλοχμοῖς δ' εἰλιχθεὶς πέσεν εἰς ἅλα δύσμορος· ἦ ῥα
> ἄμφω καὶ θήρης ἤμβροτε καὶ βιότου.

legerim *αἶ, αἴ.*

In Stratone XLIV:

> ῥίμφα δ' ἀπὸ Σμύρνης ἐπὶ Σάρδιας ἔδραμον· ἦ μὴ
> ὕστερος ἦ Ζήτης ἔτρεχεν ἦ Κάλαϊς.

ex Codice Vaticano repone cum Iacobsio Act. Monac. Vol. I. p. 127:

ῥίμφα δ' ἀπὸ Σμύρνης ἐπὶ Σάρδιας· ἔδραμεν ἄν μευ
ὕστερον, εἰ Ζήτης ἔτρεχεν ἢ Κάλαϊς.

In Sophrone Hierosolym. I. (Anal. Vol. 3. p. 125.):

ἐνθάδε νῦν προςιὼν στῆσον, ξένε, σὸν πόδα· δεῦρο
ναιετάειν ἐθέλων οἶκον ἕτοιμον ἔχεις.

interpunge post *σὸν πόδα δεῦρο*.

Denique qui hexameter post tempus XXII. habeat interpunctionem, nescio; unum exemplum ex Euripide proferri potest Phoen. 803. Pors.:

οὐ πόδα θυρσομανῆ νεβρίδων μέτα δινεύεις, ἀλλ'
ἅρμασι καὶ ψαλίοις τετραβάμοσι μώνυχα πῶλον.

In dramaticorum autem hexametris ea omnia permissa fuerunt, quibus receptis nullus potuit hexameter heroicus esse. Ut caesuram neglexit Euripides Suppl. 274:

οὓς ὑπὸ τείχεσι Καδμείοισιν ἀπώλεσα κούρας.

Post pedem quintum interpunxit Aristophanes Eq. 1052:

ἀλλ' ἱέρακα φίλει, μεμνημένος ἐν φρεσίν, ὅς σοι
ἤγαγε συνδήσας Λακεδαιμονίων κορακίνους.

Etiam interpunctionem post tempus XV. non raro collocarunt tragici, Soph. Trach. 1036. Phil. 1185. Eur. Phoen. 816. Tro. 829. aliaque plura heroici versus legibus repugnantia sibi sumpserunt. Neque in iis versuum generibus, quae tragicis sunt propria, eae sunt accuratae interpunctionis leges, quas in heroico versu observatas demonstravi.

INDEX AUCTORUM.

CORRIGENDA.

Pag. 34 vers. 14 lege *ἀμφενέμοιτο*
— 53 — 13 *μνωομένης* et *μνωομένῃ*
— 76 — ult. substantivo
— 84 — ult. *κείνης γὰρ χρειώ*
— 87 — 7 617 = 629
— 119 — 21 Quinta delenda est
— 122 — 28 *ῥέζουσιν ἀγυιαῖς*
— 132 — 10 pentametra
— 145 — 26 Tzetzae
— 146 — ult. profectus est
— 155 — 11 *ἔπεσι*
— 160 — penult. *ὅστ' ἐμέ*


ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM



